
3 1761 07985944 3

EURIPIDIS TRAGŒDIÆ

PRIORES QUATUOR.

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM EMENDATÆ

ET BREVIBUS NOTIS

EMENDATIONUM POTISSIMUM RATIONES REDDENTIBUS

INSTRUCTÆ.

EDIDIT

RICARDUS PORSON, A. M.

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES
OLIM PROFESSOR REGIUS.

RECENSUIT SUASQUE NOTULAS SUBJECIT

JACOBUS SCHOLEFIELD, A. M.

GRÆCARUM LITERARUM PROFESSOR REGIUS, ET
COLLEGII SS. TRINITATIS OLIM SOCIUS.

EDITIO TERTIA.

CANTABRIGIÆ

TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT J. GUL. PARKER.

VENEUNT APUD F. ET J. RIVINGTON; LONGMAN ET SOC.;
SIMPKIN, MARSHALL ET SOC.; WHITTAKER ET SOC.;
E. WILLIAMS; ET D. NUTT; LONDINI:
CANTABRIGIÆ, APUD J. DEIGHTON, ET MACMILLAN ET SOC.

M.DCCC.LI.

EDITORIS PRÆFATIO.

QUID in hoc opusculo præstiterim, æquus judicet Lector; quid præstare conatus sim, paucis accipiat.

Id igitur imprimis curavi, ut quas olim fabulas Euripideas summa eruditione illustraverat, summa purgaverat diligentia Porsonus, eæ nunc tandem prodirent accuratius quam antehac, ne dicam ornatius, ipsius Porsoni typis impressæ. Piget enim memorare, quod in omnibus sæpissime accidit, id quanto sæpius in libello acciderit Porsoniano; ut scilicet errores, qui in unam irrepserant editionem, sequentibus fere omnibus inurerentur, neque de sede sua socialiter cedere essent dignati. Unum e pluribus sume exemplum, *et crimine ab uno disce omnes.* In Med. 50. dederat prior editio Lipsiensis (1802.), sensu frustra reclamante, αὐτήν. Pulcherrimam hanc lectionem fideliter servavit editio Londinensis, 1812. Deinde anno 1818. Elmsleius in loco maculam fœdissimam monstravit; a quo tamen frustra moniti typographi illi, qui anno 1821. Medeam Londini imprimendam susceperant, eundem publici juris fecerunt errorem, et ad hunc usque diem lectoribus tradiderunt. Alia hujusmodi, quamvis non desint alia, vix opus enumerare.

Porsoni textum, quem omni ex parte adeo elaboratum Vir egregius reliquerat, ipse in paucissimis, iisque etiam levissimis, innovandum putavi. Si Euripidem de novo edere instituissem, plura sunt quæ post Schaeferi, Matthiæi,

Elmsleii, aliorum curas limatiora forsan evadere potuissent; pauca quædam, quæ e novis subsidiis, quibus caruit Porsonus, arcessita sunt; pauca, quæ eximia nostrorum temporum diligentia e tenebris eruta et regulis certioribus confirmata exhibuit. Neque est cur quis miretur, vel id summo Viro vitio vertat, si ipse aliquando aut non viderit, aut minus accurate viderit, quod alii post eum, ipso præferente facem, clariori luce acceptum perdidicerunt. Is sane quasi in diluculo* harum exortus est literarum, paucioribus præeuntibus, et nemine fere adjuvante; ut facile sit nobis homunculis gloriari hoc vel illud, quod minus forsan perspectum habuerit Porsonus, hodie vel tironibus notum esse. Si quis tamen idpropter Porsonum fastidiose contemnat, sciat is quantum inter artis principem intersit et imitatorem; sciat quam non discipulos deceat magistrum, a quo velut fonte uberrimo sua omnia hauserunt, contemptui habere. Quicquid sane in his rebus profecimus, id oportet vel maxime acceptum referamus Porsono.

Quod ad hujus opusculi rationem attinet, ipse nihil aliud in animo habui, nisi ut Euripidem Porsonianum lectori in manus traderem, ita emendatum ut legi posset, ita quoque ornatum ut Academiam nostram magni Alumni sui non puderet. Cum vero quibusdam id optandum videretur, ut si quid Porsonus infectum reliquisset, id quodammodo suppleretur; si quid supplevisset recentiorum industria, id in unum colligeretur; laborem, stu-

* Quod ita velim e sequentibus intelligant lectores, non quasi Bentleius, Valckenaerius, Hemsterhusius, alii recentioribus sint posthabendi; sed plenum et perfectum diem nondum exstitisse, donec ipse Porsonus ingenio plane admirando totam critices scientiam illustrarit.

diosæ forsan juventuti utilem futurum, suscepi, ea tamen lege, non ut Porsonianis admiscerentur mea, sed ut Porsoni pagina separatim exhiberetur, et ab alienis additamentis linea divideretur. Illam igitur supra lineam totum habes Porsonum: quicquid est infra, id omne vel meum est, vel a me aliunde petitum. Poteris igitur, si velis, posthabitis aliis, ἅπασι τιμᾷν τὴν μακρὰν, et inter summum Criticum legendum sedulo cavere, ne vel oculus vel animus alio distrahatur.—Talem autem distinctionem commodiorem judicavi, quam qua usus est Dobræus noster desideratissimus in Aristophanicis.

"Interpretandi et illustrandi labore" nemo nescit Porsonum "supersedendum duxisse." Neque, quod omiserat ille, ego suppeditare conatus sum; quod esset novum librum confingere, non veterem recensere. Hic illic tantummodo ad interpretis vicem accessi, ubi quædam vel paullo difficiliora vel ab aliis male interpretata mihi viderentur.

Quæ in textu immutavi, hæc atque talia fere sunt. Pro Porsoni πιτνῶ scripsi ubique ex Elmsleii monitu πίτνω. (Vid. ad Hec. 23.) Eidem Viro doctissimo assensus sum statuenti secundam dualis numeri personam a tertia non esse diversam. (εὐδαιμονοίτην, Med. 1069.) In scribendis ὅ τι, ab ὅστις, et similibus, Porsono vel typographis ejus nullo modo obsequendum putavi, qui puncto ineptissimo vocem dissecabant (ὅ, τι); quasi scilicet nulla alia ratione lectori dijudicandum esset inter pronomen et conjunctionem. Quod meo arbitrio facturus eram, id jam antea fecerant Bekkerus, Elmsleius, alii, ut insulsam illam expungerent distinctionem.

Qui vero in aliis a Porsono parce et illibenter discessi, in punctis disponendis majorem meo judicio licentiam permisi. Rem per se sane levem, sed ad sensum enodandum plurimum facientem, mirum quam neglexerit Vir summus, majoribus, ut vere ait Schaeferus, intentus. Hac in parte spero me nonnihil gratiæ cum lectoribus initurum; in quæ tamen cum plurima ipse mihi correxisse visus essem, horum non pauca postea inveni a Schaefero solita sua diligentia et judicio præoccupata. Hujus igitur gloriolæ, si qua sit, socium eum habere non gravabor; vel etiam, si velit æquus Lector, ipse solus habeat.

Inter eos, qui post Porsonum mortuum curas in Euripidem impendere dignati sint, primum sibi locum sine controversia vindicat Matthiæus; cui soli inter recentiores id obtigit, ut telam, quam orsus fuerat Porsonus, pertexeret, et Euripidem totum, pluribus in locis textu emendatiorem, in omnibus præclara eruditione illustratum, exhiberet. Miror diligentiam Viri egregii, qui, quicquid omnes omnium gentium de Euripide scripserint, suum fecit, et undique ex hac vel illa Ephemeride collegit quodcunque poëtæ suo lucis aliquantulum afferret. Is plerumque merito honore Porsonum prosequitur, et quæ mutua ab eo sumsit, fatetur: sunt tamen in quibus, ut mihi videtur, vix æquum se judicem et æstimatorem præbuit, imo paullo acerbius errores summi Viri, siqui sunt, perstrinxit. Id vero nulla alia in re sæpius accidit, quam in iis quæ ad metra pertinent; in quibus sane quidam harum artium magistri adeo jactanter rem gesserunt, et rei leviori tantam tribuerunt dignitatem, ut iratiores fuerint Porsono, si quid in his minutiis hic illic

offenderit. Quid, quod nec ipsum Euripidem æquo animo ferant, quod metricarum deliciarum adeo imperitus rem tragicam ausus sit tractare? Audiamus enim Hermannum, Præfat. ad Hecub. p. 63. "Si hic (Euripides) quædam sibi indulsit, quæ peritiores vitare sciebant, satis habebimus eum reprehendere, quod invitis Musis ad poësin accesserit."—Esto igitur: sed nec usque adeo "invitis Musis" Medeam aliasque fabulas condidit nobilissimas: neque in eo omnis Tragœdiæ vis et dignitas constat, ut nec solutiores nec graviores fluant pedum numeri. Atque hæc scribo, non quasi suum rei metricæ, quisquis sit, honorem et auctoritatem derogare velim; nec quasi viris doctissimis, qui Euripidi tantum diligentia sua et doctrina profuerunt, invidiam concitem: sed ut suam quoque Porsono nostro laudem integram et inviolatam reservem, cujus acri et limato judicio gravius videbatur, si mentem poëtæ in textu puriori fideliter repræsentaret, quam si metra subtilius adæquaret, et versus conficeret alterum alteri accuratissime respondentes.

Quod ad ipsum attinet Euripidem, non sum ego ex illorum numero, qui nihil in eo pulchrum, nihil grande, nihil cothurno dignum inveniant. Sit sane suum cuique judicium: me vero judice, qui has ipsas quatuor diligenter perlegerit fabulas, ei dubium esse non potest, quin illum ipsum in Tragœdia locum optime occupaverit, quem vacuum fere reliquerant magni æmuli; ut Musam misericordiæ vi demulceret suavissima, et hominibus ob oculos homines, *οἷοί εἰσιν*, exhiberet. Eos igitur fructus ex Euripide nostro et præstantissimo ejus Editore Porsono Lector velim reportet, ut ad illam Atticæ linguæ dulcedinem uberrimam plenius hauriendam excitetur.

Restat ut humanissimorum Preli nostri Academici Syndicorum beneficium grate commemorem: quibus equidem gratulor, quod Porsonum dignum censuerint, qui suis ipse tandem typis ornaretur; gratias autem ago quam maximas, quod meipsum non indignum judicaverint, cui tale opus mandaretur.

CANTABRIGIÆ,
Cal. Novemb. 1826.

In nova hac editione pauca quædam corriguntur, pauca etiam adduntur. Et in his quidem non illibenter inveniet

CANTABRIGIÆ,
Cal. Octobr. 1851.

ERRATA.

In pag. 132. not. col. 2.	lin. 37.	ἔοικεν.	corrige,	ἔοικεν·
Ibid.	lin. antepen.	ἀ. ἀ.	corr.	α. α.
157. not. in v. 396.	lin. 3.	Ion	corr.	Ion.
224. not. col. 1.	lin. 1.	αὖ 'κ.	corr.	αὖ κ.
263. not. col. 2.	lin. antepen.	τῦρ,	corr.	πῦρ,
		et ως	corr.	ὡς

PORSONI
PRÆFATIO
AD
HECUBAM.

QUID in hac Euripideæ Hecubæ editione præstare conatus sim, paucis exponam. Nihil hic exquisiti aut reconditi expectandum: tironum usibus hæc opella potissimum destinata est.

Primum hoc operam dedi, ut textus, si non omnino emendatus, plerisque saltem ceteris editionibus purior exhiberetur. Deinde editoris officium esse judicavi, nihil, nisi monito lectore, novare; præsertim, si qua ex conjectura lectio admittenda videretur. Quocirca editionis Aldinæ lectionem semper memoravi, nisi forte paucis in locis, quæ ad communem errorum fontem pertinerent; cujusmodi est Dorismus iste *μάτηρ* pro *μήτηρ*, et terminationis *ι* sive *ιν* additio vel detractio.

Quod ad varias lectiones attinet, plerasque, prætorquam aperte vitiosas, enotavi; sed auctoritates, quibus singulæ nituntur, non semper curiose enumeravi; propterea quod modo non erat tanti, modo tam negligenter in hoc munere versati erant ceteri editores, ut testimonia MStorum neque accurate numerari neque ponderari possent. Quotiescunque Euripidis loca ab antiquo quopiam scriptore cum varietate lectionis laudari memineram, sedulo monui. Hujus rei insigne exemplum reperies versu 568.

In vocibus per crasin conjunctis, ut *κἄτι*, *κάν*, *κἂν* (i. e. *καὶ ἐν*, *καὶ ἂν*) et similibus scribendis, rationem a vetustioribus MSS. servatam diligenter secutus sum. Iota scilicet nusquam addi oportet, nisi ubi *καὶ* cum diphthongo crasin efficit, ut in *κᾆτα* pro *καὶ εἶτα*. Hoc post alios monuit Dawesius. (A)*

Ἀεὶ, Piersono jubente, Brunckio non nolente, semper sine diphthongo scripsi, idem facturus in *ἀετὸς*, *κλάω*, et *κάω*. (B)†

Brunckius secundas futuri passivi indicativi personas in *ει* semper, non in *ῃ*, terminavit; secundas etiam præsentis ego ad eandem formam reduxi. Analogia nempe postulat, ut vo-

* Vid. inf. pag. 9. † Pag. 9, 10.

calis corripiatur in indicativo, producatur in subjunctivo, τύπτομαι, τύπτει, τύπτεται, τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται. Neque causæ quicquam est, quare codicum auctoritas objiciatur. In his enim rebus nulla est codicum auctoritas. Satis constanter ει pro ῃ præbent Aristophanis editiones. Pauca tamen loca sunt, ubi altera terminatio in aliquo MS. non exstet. Contra apud Tragicos non raro diphthongum ει pro ῃ offerunt MSS. Quod si in hac re et similibus aliquoties aut meo aut typothetarum errore peccatum est, ignoscet æquus lector, secum reputans, quam facile et mentis et oculorum acies hujusmodi minutiis examinandis hebetetur. Hujus regulæ meipsum oblitum esse video v. 251, ubi κακύνει adeo reponendum in addendis monui, et nunc reposui. (C)*

In Hecuba, ut a me edita est, neque omissi verborum augmenti, neque admissi in paribus senariorum locis anapæsti, exemplum occurrit. Locus unicus, qui priori licentiæ in hoc dramate favet, ab ipso Brunckio, acerrimo alias hujus licentiæ vindice, emendatus est. Et cum rarissima omnino sint talia exempla, quorum tria in Bacchis, corruptissima pene omnium fabula, reperiantur, plane persuasum habeo, non licuisse in Attico sermone augmentum abjicere. (D)†

Altera quæstio, quod ad Hecubam attinet, non minus faciles explicatus habet. In neutro enim duorum exemplorum, ubi anapæstum admisit aut retinuit Brunckius, omnes consentiunt MSS. In altero, v. 782. lectio ejus uno tantum codice nititur: in altero, 381. (τοὔνομα pro ὄνομα), satis auctoritatis pro ὄνομα stat, si auctoritas in re tantilla desideraretur. (E)‡

Brunckius, qui anapæstos in secundo et quarto senarii loco subinde defendit, fatetur tamen Tragicos hanc licentiam, quantum poterant, vitasse. Quidni igitur semper vitarint? An volebant, et tamen nequibant? An casu et incuria eos has maculas fudisse arbitrabimur? Adde quod MSS. auctoritate, scriptorum citationibus, et criticis argumentis, exemplorum, quæ in hanc partem laudari solebant, numerus jam valde imminutus est.

Aliam ipse rationem adjicio, quæ si vera est, omnes, opinor, anapæstum paribus senarii locis semper excludendum esse ultro agnoscent. Hanc rationem, non plane quidem novam §,

* Pag. 10. † Pag. 10. ‡ Pag. 11.

§ Timide proposita est ab amico Morelli in Tractatu ejus de Græcorum Metris ante Thesaurum Græcæ Poëseos.

plerisque tamen ignotam, quam brevissime explicabo. Tantum scilicet abest, mea sententia, ut anapæstus pro secundo aut quarto pede ponatur, ut ne pro tertio quidem aut quinto substitui possit. Hoc de tertio pede si quis verum esse concedet, concedet a fortiori, ut Logici dicunt, de quinto etiam verum esse. Dactylus enim, qui in tertia sede creberrime usurpatur, in quinta nunquam apparet*: anapæstus igitur, si illa excluditur, hanc intrare non potest. Jam loca, quæ huic doctrinæ adversantur, tam pauca sunt, tam facilia emendatu pleraque, ut si unus et alter forte supersint, quibus nos mederi nequeamus, non idcirco sana judicanda sint. Equidem omnia, quæ regulæ nostræ contraria observavi, aut sanare aut adversariis eripere posse videor. Ea quæ Euripideæ fabulæ suppeditant, singula, ubi occasio postulabit, examinabo. Quotquot in Æschylo et Sophocle occurrunt, hic subjiciam.

Æschylus:

Prometh. 246. Καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰσορᾷν ἐγώ.
Agam. 664. Ἤρεικον· αἱ δὲ κερωτυπούμεναι βίᾳ.
Choëph. 421. Ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον, εἴτε Κισσίας.
654. Εἴπερ φιλόξενός ἐστιν Αἰγίσθου βία.
Eumen. 896. Πάσης ἀπήμον᾽ οἰζύος· δέχου δὲ σύ.
Suppl. 800. Πρὸς ὃν νέφη δ᾽ ὑδρηλὰ γίγνεται χιών.
Apud Plutarch. de Consolat. p. 106. C.
Ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν.

Sophocles:

Ajac. 524. Οὐκ ἂν γένοιτό ποθ᾽ οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.
Œd. T. 248. Κακὸν κακῶς νιν ἄμοιρον ἐκτρίψαι βίον.
Philoct. 1288. Πῶς εἶπας; οὐκ ἄρα δεύτερον δολούμεθα;
Apud Hesych. v. ἀντίπλαστον. Τὸν ἀντίπλαστον ἔχει νόμον κεκμηκότων.

Horum exemplorum aliqua, quæ videntur esse, non sunt veræ exceptiones. In Prometh. 246. ἐλεεινὸς verbum est Atticis ignotum, qui semper ἐλεινὸς usurpant, alterum ne extra quidem iambos et trochæos. Et tamen quam multo commodius anapæstico vel dactylico metro aptatur vox quadrisyllaba, quam trisyllaba! Trisyllaba est in dactylico metro Sophocl. Philoct. 1130. Ἦ που ἐλεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας· in anapæstico, Aristoph. Ran. 1095. ῥάκι᾽ ἀμπίσχων, ἵν᾽ ἐλεινοί· in

* Dactylum in quinta Tragici senarii nunquam occurrere, ibidem observavit Morellus.

heroico, Homeridæ Hymn. in Cerer. 283. (264.) Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινήν*. Imperiti scribæ, quibus nulla fere metri species, præter Homericam, cognita erat, tantum non omnes Atticas formas in Ionicas mutarunt, ceterorum metrorum securi. Ne longe abeam: frequens est versus iambici clausula, ὦ μέλε. Verum in hac clausula, ubi librariorum licentiam metrum compescere debebat, MSS. non raro dant, ὦ μέλεε, aut corruptius etiam, ὦ μέλαιε. Porro Atticæ linguæ analogia hanc scripturam flagitat. Ut enim a δέος formatur δεινὸς, ut a κλέος κλεινὸς, sic ab ἔλεος formatur ἐλεινός. Ut nunquam δεεινὸς, κλεεινὸς, usurpant Attici, sic nunquam ἐλεεινὸς usurpant†.

In Agamemnone simili errore peccatur. Orthographicæ rationes metro labanti succurrunt. In compositis a κέρας nunquam ω admittitur, sed aut κέρας servatur integrum, quod fit ante labiales β et φ; aut nunc ultima syllaba abjicitur a veteri genitivo κέρεος (κερεαλκὴς), nunc ultima litera a veteri nominativo κέρος. Dicunt igitur Attici κεροβάτης, κερόδετος, κερουλκὸς, κεροφόρος, et propterea κεροτυπεῖν. Rariora sunt, probæ tamen notæ, κεράσβολος (ex Platone satis notum), et κερασφόρος, quod exstat Euripid. Phœniss. 255. et in fragmento Sophoclis apud Ælian. N. A. VII. 39, Ἄρασα μυκτῆράς τε καὶ κερασφόρους Στόρθυγγας εἶρφ' ἔκηλος. Versum ex Euripidis Oreste 262, Δὸς τόξα μοι κερουλκὰ, citat Suidas v. κεροβάτης, ubi male priscam lectionem παρ' Εὐριπίδῃ Kusterus, licet ex MSS., in παροιμία mutavit. Similiter in compositis a κρέας se res habet: nunquam enim κρεωδαισία, κρεωκοπεῖν, κρεωπώλης, κρεωστάθμη dicunt Attici, sed brevem semper vocalem adhibent. Et ne quis objiciat, editos libros hanc legem sæpe migrare, sciat lector nusquam hæc aut similia verba apud Pollucem occurrere, quin in uno saltem MS. ο pro ω substituatur. Diversa forma est κρεανομία, pro qua apud Pollucem I. 34. et Clementem Alex. Protr. p. 11, 17. male scriptum est κρεωνομία. In Æschyli Pers. 463. κρεοκοποῦσι recte dat Scholiastes. Sed ut redeat, unde digressa est, oratio, Wassius ad Thucyd. II. 84. hunc Æschyli locum laudans, κεροτυπούμεναι scribit, judicio an errore, nescio.

* Ubi vide Ruhnkenium.

† Eadem est ratio adjectivorum πετεινὸς et πετεεινός. Hoc poëticum est, illud Atticum. In Demosthenis contra Stephanum prima prope finem ἐλεινότερον habet editio Feliciani.

Choëph. 421. Vel transpone, *Ἔκοψ' Ἄρειον κομμὸν*, vel lege, quod sententiam melius connectit, *Κομμὸν δ' ἔκοψ' Ἄρειον*.

——— 654. Cum Aldus et Robortellus ediderint *φιλόξεν' ἐστιν*, levi mutatione legendum, *φιλοξένῃ 'στιν*. Hujus erroris similem non raro admisere librarii, nescii scilicet longam vocalem elidi non posse. Dederunt igitur *γράμμ' ἐστι, χρεί' ἐστιν, Ἑρμ' ἐμπολαῖε*, cum *γραμμῇ 'στι, χρεία 'στιν, Ἑρμᾶ 'μπολαῖε* debuerant. Fatendum est quidem Atticos hujusmodi nomina plerumque generum duorum communia facere. Non semper tamen hanc regulam servant veteres. Theognis in ipso initio, *Ἄρτεμι θηροφόνη*, quod imperite Brunckius matavit; *πολυξέναν Αἴγιναν* dixit Pindarus Nem. III. 3. *πολύξειναι νεάνιδες* apud Athenæum XIII. p. 574. A.

Eumenid. 896. *Πάσης ἀπήμον' οἰζύος. δέχου δὲ σύ.* Attici semper *οἰζὺς* dixerunt, non *ὀϊζὺς, οἰζυρὸς*, non *ὀϊζυρός*; quod monuit Piersonus ad Mœrin. Eodem modo dixerunt *οἶς, οἰστὸς, Οἰκλῆς, Οἰλεὺς*, quanquam in vulgatis libris has voces sine punctis diæreseos haud temere offendes. Aldina vero Æschyli editio *οἰζύος* recte habet. In Euripide usque ad hunc diem semper editum est *ὀϊστὸς*, contra versus metrum, contra grammaticorum auctoritatem. (Vide ad Med. 634.)

Suppl. 800. Recte Aldus et Robertellus, *νέφη δ' ὑδρηλά*.

In Fragmento legendum *μέγ' ἐστ' ἴαμα*, quomodo, quod mirere, correxit Grotius*, Excerpt. p. 55†.

Nunc ad Sophoclem veniamus. In primo loco, nemo non videt quam inconcinne istud *ποτε* ponatur, quam in pronunciando prorsus obscuretur. Cum vero nihil mendi in singulis

* Correxit Grotius e Scaligeri emendatione.

† Non tamen dissimulabo suspicionem meam, vocabulum *ἴαμα* serioris ævi esse et veteribus Tragicis ignotum. Æschyli versus est apud Scholiasten Sophoclis ad Electr. 286. *Οἵ τε* (Brunck. *οἵ τοι*) *στεναγμοὶ τῶν πόνων ἐρείσματα.* Sed Homeri Scholiastes a Villoisono editus ad Il. Ψ. 12. *ἰάματα* pro *ἐρείσματα* substituit. Menandri locus apud Stobæum et Clericum p. 276. ita fertur: *Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος· ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ἰάματα.* Ubi hiatus vitium prodit, neque admitti potest crasis, quam fingit Bentleius, *ταἰάματα*. Et hiatus quidem tolli potest ope Scholiastæ Villoisoniani ad Il. O. 393. qui legit *κουφίσματα*, quod etiam habet Codex Townleianus. Sed legendum est partim ex his Scholiastis, partim ex altero ad Æschyl. Prom. 378. *Ἰατρός ἐστιν ὁ λόγος ἀνθρώποις νόσων· ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια.* Si igitur *ἴαμα* vitiosum esse statues, legendum erit, *Ὅσπερ μέγιστον φάρμακον πολλῶν κακῶν.*

verbis hæreat, cogitandum est an commoda transpositione metro succurri queat. Et hoc quidem tot modis fieri potest, ut propter copiam difficilis sit electio. Legi nempe potest vel,

Οὐκ ἄν ποθ' οὗτος εὐγενὴς γένοιτ' ἀνήρ· vel,
Οὐκ ἂν γένοιτ' ἀνήρ ποθ' οὗτος εὐγενής· vel,
Οὐκ ἂν γένοιθ' οὗτός ποτ' εὐγενὴς ἀνήρ.

Et huic ordini quodammodo favet Suidæ v. μνῆστις editio Mediolanensis, quæ ποτε omittit. Sed omnes numeros implet Suidæ MS. in Collegii Corporis Christi Bibliotheca apud Oxonienses servatus, modo levis et solennis error corrigatur, legendo οὔποτε pro οὔπω,

Οὔποτε γένοιτ' ἂν οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. (F)*

Œd. Tyr. 248. Dignus qui exscribatur integer locus:

Κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
Εἷς ὢν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα,
Κακὸν κακῶς νιν ἄμοιρον ἐκτρίψαι βίον.

Cum pronomen sit non omnino necessarium, expungendum facile quis conjiciat, et conjecit Joannes Burtonus. Verum ne illos videar imitari, qui scrupulum injectum quocunque modo eximere cupiunt, fateor νιν hic tam eleganter addi, ut quamvis aliam medicinam adhibere malim, quam illud expungatur. Et defenditur simillimo loco Trachin. 287.

ΑΥΤΟΝ δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
Ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,
Φρόνει ΝΙΝ ὡς ἥξοντα.

Sed levi opera res peragenda, et unius literulæ jactura reponendum ἄμορον, quæ vox occurrit Euripid. Med. 1392. Ἄμμορος habet Sophocles Philoct. 182. et tandem Euripides Hec. 421.

In Philoctete, aut mutato duarum vocularum ordine lege, ἆρ' οὐ, aut dele particulam negantem. Sed illud, opinor, verius: quanquam in hisce interrogandi formulis negantem particulam pro arbitrio vel addunt vel omittunt Tragici. Œd. T. 822. ἆρ' ἔφυν κακός; Ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος;

In Fragmento νόμον ἔχει quivis legendum viderit.

In choris et melicis systematibus, quæ librarii et editores pro arbitrio distribuunt, duas sum potissimum regulas secutus.

* Inf. pag. 41.

Primo curavi, ut quodque carmen ad nota et lyricis poëtis usitata, si facile fieri posset, versuum genera redigeretur; deinde, ut eadem aut similis versuum species quam sæpissime recurreret. Hujus divisionis exemplum vide in hac fabula 931. 932. 935. Ejus generis versus plures in primo Ajacis Sophoclei choro reperiuntur. Optandum quidem erat, ut Strophæ Antistrophe ubique accurate responderet. Sed cum librarii in facillimis metrorum generibus toties et tam turpiter peccarint, quid in paullo reconditioribus fecisse putabimus, præsertim ubi ad metri difficultatem styli obscuritas accedat? Cautius igitur in hac parte me gessi, et quædam intacta reliqui, in quibus tamen errorem latere posse suspicatus sim. Hoc semel observandum est, nihil tam frequenter in librarios cadere, quam verborum ordinem immutare. Hunc errorem illi quidem, ubi animadverterunt, aliquando literis numeralibus indicant: sed has notas ii, qui postea codicem exscribunt, dum ad finem operis properant, sæpe negligunt. Tutissima proinde corrigendi ratio est vocularum, si opus est, transpositio.

Licentiæ, quam in dialectis sibi permisere Tragici, fines accurate constituere perdifficile est; Ionismos tamen quosdam adhibuisse, sed parce et raro, extra controversiam est. Dixerunt utique ξένος et ξεῖνος, μόνος et μοῦνος, γόνατα et γούνατα, κόρος et κοῦρος, δορὶ et δουρί. Plures vero ex Homero invexit librariorum inscitia. Dialecti Doricæ, choris usitatissimæ, ratio paullo facilior est, nec tamen omnino certa. Nulli enim codices, ne optimi quidem, Doricas formas in melicis constanter retinent. Sed hanc regulam servandam putavi, ut eas, ubicunque vel unus, modo non pessimæ notæ, codex præberet, in textu reponerem. In plerisque enim MSS. ubi in contextus serie Dorica forma exstat, Attica vel communis suprascripta est. Hanc igitur scribas quoties alteri prætulisse credibile est?

Præter Aldi editionem, cujus lectiones plerasque memorandas putavi, utpote ex MSS. fere expressas, usus sum Barnesiana, Kingiana, Musgraviana, Brunckiana, Beckiana. Kingius multa loca ex MSS. correxit, sed judicio parum acri, et de emendationibus suis lectorem raro certiorem facit. In re metrica multum se jactat, et Scholiastarum auctoritate, quæ nulla est, versus choricos disponit. Interdum ex conjectura mera, eaque fallaci, textum interpolavit. Versum 416

post 414 posuit, et 417 delevit. Hunc errorem Thomas Morellus, qui Kingii editionem repetivit, sustulit; sed ipse, ut fidem et judicium hominis agnoscas, codicum descriptionem, quam dederat Kingius, omisit; et v. 578 pro τοιάδ᾽ ἀμφὶ σῆς λέγον, audacter, sed tacite, edidit τοῖος ἀμφὶ σῆς λόγος. Cum notam ad hunc locum scribebam, editionem tantum Morellianam præsto habebam. Immerito igitur Kingium culpavi, satis alioqui culpabilem. Lector benevolus errorem meum condonabit et corriget. Cum vero tot MSS. adhibuerit Kingius, editionem ejus, licet caute, consulere oportuit, ut eorum lectiones indagarem: in quo opere adjutus sum duobus codicibus conferendis, quibus ipse Kingius usus erat. Utriusque copiam Regiæ Societatis humanitate nactus sum. Horum alterum Kingius optimum Reg. Soc. codicem vocat: verum is, quanquam non omnino inutilis, longe ab optimo distat, et valde recens est, utpote anno demum 1490 exaratus. Tres priores continet fabulas. Alter quoque totidem habet; sed initio et fine nunc mutilus est, et centum plus minus annis priori antiquior videtur. Criticam subinde exercere voluit scriba; varias enim lectiones nunc in margine, nunc inter versus aspersit, quas, quoties dignas judicavi quæ commemorarentur, cum lectore communicavi. Usus sum præterea MS. Harleiano 5725, et ipso recenti. Hunc in Notis H voco, Kingii *optimum* scilicet K, alterum R. Verum omnes fere codices parum ab antiquitate commendabiles sunt, et quo frequentius describuntur, eo gravius interpolantur.

Interpretandi et illustrandi labore, utilissimo sane, supersedendum duxi, partim ne libellus in librum excresceret. Loca tantum, quæ Latini imitati sunt, prout memoria suggessit, adscripsi. Raro sum interpretis munere functus, nisi ubi cum critici officio conjunctum esset. Sin autem in ulla re justo parcior visus fuero, in sequentibus fabulis, si quas posthac edidero, hoc vitium emendare annitar. Hoc enim monendus est lector, ceteras Euripidis fabulas ordine vulgato singulas mox prodituras, si modo hoc specimen reipublicæ literariæ non displicere intellexero. Si opus ad finem perduxero, addam observationes quasdam in varia Scenicorum Poëtarum metra.

P. S. Cum plures postea MSS. contulerim, eorum Index Argumentum sequetur.

SUPPLEMENTUM
AD
PRÆFATIONEM.

SIC fere ante annos quinque præfatus sum, cum Hecubam Euripideam, velut editionis novæ specimen, ederem. Nuper vero, cum Viri doctissimi atque humanissimi, quibus Typographei nostri cura demandata est, dignam operam meam judicassent, quæ ex prelo inclytæ Academiæ nostræ exiret, hoc saltem facere enisus sum, ut hanc nimis fortasse benignam eorum opinionem non omnino fallerem. In notis igitur quædam addidi, aut mutavi; nihil autem prorsus delevi. Quæcunque momenti alicujus esse putavi, seorsum imprimenda curabo, ut ii, qui priorem editionem possident, quam minimo pretio secundæ bona, si qua tamen bona insunt, sibi comparare possint. Quod in fine Præfationis pollicitus sum, sed tempore non præstituto, partim hodie repræsentare conabor, ut scilicet de Scenicorum Græciæ Poëtarum metris quædam disserenda suscipiam. Hos vero cancellos mihi ipse circumdabo, ut ne extra iambicorum, trochaicorum, atque anapæstorum limites egrediar. Quod tamen priusquam facio, pauca quædam, quæ brevius dixi, paullo explicatius, si potero, tradam.

(A) *A vetustioribus MSS.* dixi; quoniam circa finem, ut arbitror, seculi decimi tertii iota subscribere cœpere librarii, quod antea vel adscriptum erat vel omissum. Duæ nempe erant Grammaticorum sectæ; hæc iota dativis et infinitivis addebat, illa omittebat. Sed in hoc omnes vetusti MSS. consentiunt, etiam ii qui constanter *μούσει* et *δρᾶιν* retinent, ut *κἀν, κἄπειτα* et similia litera ista semper careant.

(B) Nescio cur miretur quis, quod vocalem in *ἀεὶ* communem esse statuerim, cum idem fiat in *ἰῶμαι, ἰατρὸς, λίαν* et aliis[a]. Gravem in re levi errorem admisit Valckenaerius, cum ait, Diatrib. p. 65. loca omnia Euripidis, ubi priorem producit *λίαν*, facillimam medelam admittere. Imo ipse locus

a. Negaverat scilicet Hermannus in Præfatione ad Hecubam *α* in *ἀεὶ* productum; quam tamen ipse postea sententiam mutavit. (Vid. Præf. ad Herc. Fur. pag. 1.) Quod vero ad analogiam attinet vocalis in *ἰῶμαι*, &c. communis,

quem citas, Vir summe, nullam medelam admittit. Γύναι, τό τε λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον. Quam ex emendatione addidisti, particula τε (vel γε), si in MSS. omnibus reperiretur, ejicienda esset; quippe quæ nunquam secunda pedis trisyllabi syllaba esse possit. Dixit quidem Menander apud Stobæum cxvi. p. 475. Ἡμῶν τό γε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ· dixit Philemon, ibid. cviii. p. 455. Ἐν τῷ τό τε κακὸν εὖ φέρειν καὶ τἀγαθόν· dixit Alexis apud Athenæum vi. p. 237. C. Νοεῖς τό τε γένος καὶ τὸ πρᾶγμα; καὶ μάλα· (sic enim legendum.) Sed ab hac licentia prorsus abstinuere veteres: semel tantum senarium ab ὥστε μετέχειν inchoavit Aristophanes Plut. 345. semel ab οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς, 410.: sed et hæc rarissima sunt[β]. Quod vero dixi de particulis τε et γε, neutram posse secundam pedis syllabam fieri, id de senario accipe. Adde quod neutra in trochaico versu pedis trisyllabi prima esse potest. Sed ut ad ἀεὶ redeam, aptissimum ex MS. Etymologico apud Koën. ad Gregor. p. 160. locum citavit Hermannus* Præf. p. 23. cujus ultima, ut insanabilia, prætereo; priora proculdubio sic legenda: Ἰστέον ὅτι ῑβ φωναί εἰσι τοῦ ἀεί· ἔστι γὰρ αἰεὶ καὶ αἰὲν καὶ αἰὲς ποιητικῶς καὶ ἀεὶ συνεσταλμένον [καὶ ἀεὶ ἐκτεταμένον] καὶ ἄϊ (ut recte Koënius) παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. Suidas: Ἀεί. τούτου ῑα φωναί.

(C) Esto, ut τύπτεαι in τύπτῃ ac τύπτει pari jure contrahere potuerint Attici: utram contractionem putas prælaturos? Certe eam quæ modos diversos distingueret.

(D) Debueram fortasse χρῆν excipere, quod non minus quam ἐχρῆν in scena Attica occurrit, etiam apud Comicos, quomodo, ut uno exemplo contentus sim, Hermippum Athenæi viii. p. 344. D. Τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἕν' ὄντα. Sic recte Aldi editio, male recentes ἐχρῆν. Quod ait Brunckius, quædam esse verba quibus solenne sit augmentum abjicere, verba ea quæ augmentum nunquam habuere, abjicere non possunt. Attici semper dicunt ἄνωγα, nunquam ἤνωγα, sed augmentum plusquam perfecto tempori

* Euripidis Hecuba. Gothofredi Hermanni ad eam et ad R. Porsoni Notas Animadversiones. 8vo. Lipsiæ, 1800.

---

vix omni ex parte bene se habet; siquidem Hermannus, priorem vocis ἀεὶ vel αἰεὶ syllabam produci posse minime negans, id solum contendit, ubi producatur, per diphthongum esse efferendam: quod in ἰῶμαι aliisque fieri nequit.

β. Vid. Dobræum in Appendice ad Aristophanica, p. (104.) Elmsl. ad Bacch. 285.

reservant, Œd. C. 1598. Similis est ratio in καθεζόμην, καθήμην, καθεῦδον, quibus augmentum non præponunt Tragici, Comici pro arbitrio vel præponunt vel abjiciunt. Erravit igitur Brunckius ad Æsch. Prom. 229. Soph. Œd. C. 1597. Duplex aliquando augmentum admisere, ut in ἠνεσχόμην, ἀνεσχόμην, quorum utrumque Tragicis familiare; sed ἠνεχόμην, quod Sophocli, Aristophani, et Platoni obtrudere conatur Piersonus ad Mœrin, p. 176, Brunckio assentiente, mera est barbaries. Aldus et membranæ ἠνσχόμην, Scholia vetera ΗΙΣΧΟ'ΜΗΝ. Codices quidam ἰσχόμην, satis recte, nisi rectius præberet Eustathius ἐσχόμην ad Il. E. p. 529, 18=400, 52. Nimirum, cum semel ἰσχόμην in ἠσχόμην, quod pro varia lectione præbet Eustathius, corruptum esset, inde provenere ista portenta, ηἰσχόμην, ἠνσχόμην, et quid non[γ]? Aristophanis versus mendosus est[δ]. MSS. aut ἠνεσχόμεθα aut ἠνειχόμεθα habent, quanquam silent Brunckius et Invernizius, qui e Kusteri interpolatione ἠνεχόμεσθα retinent. In Platonis Charmide p. 162. D. HSt. ἠνέχετο merum est editionis Francofurtanæ typographi erratum, qui simplicem χ literam pro nexu ⳩ posuerit: ceteræ enim omnes recte ἠνέσχετο*.

(E) Cum de hac quæstione tot aliæ pendeant, visum est rem paullo altius repetere, et præcipuas versuum iambicorum, trochaicorum, et anapæsticorum leges semel memorare.

Senarius iambicus, sive trimeter, ut notum est, sex iambis, si priori nomine uteris, constat, tribus metris, sive dipodiis, id est, diiambis, si posteriori. Et hic est perfectus senarius, vel trimeter:

Soph. Aj. 5. Πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.

Eurip. Hec. 14. Ὑπεξέπεμψεν οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλον[ε].

Sed cum res esset immensi operis, et certe ab isto versuum genere, quod sermonem quotidianum quodammodo exprimere debebat, alienissima, puros senarios scribere, duas licentias excogitabant Iambographi; priorem scilicet, ut spon-

* Sic παρέχετο pro παρέσχετο eadem ed. in Tim. p. 1084. C.

γ In Antig. 467. tamen hodie servant Dind. Wund. &c. ἠνσχόμην, et, ut videtur, recte. Et qui fieri potuit ut ἐσχόμην in ἠνσχόμην, ἠσχόμην, ἰσχόμην corrumperetur? Conf. augmenti usum in ἠφίει, ἠκκλησίασα, et similibus.

δ Lysist. 507.

ε Monet Schæferus ita memoriter citasse Porsonum: "nequid reconditi hic latere putes."

deum in imparibus locis admitterent, alteram, ut pro iambo tribrachyn, utpote temporibus æqualem, substituerent: sed has licentias veteres isti Iamborum scriptores, Archilochum dico, Solonem, et Simonidem, parcius sibi indulgebant; multo frequentius Tragici; Comici denique, quibus propositum erat, non solum familiarem, sed etiam familiarissimum sermonem imitari, laxissimos aliquando numeros admittebant.

Tragici igitur, præter iambum et tribrachyn, quos cum paribus locis communem habebant, spondeum etiam in primo, tertio, et quinto usurpabant. Postea hunc spondeum in primo loco, prout res ferebat, vel in dactylum vel in anapæstum dissecabant, in tertio loco tantum in dactylum, in quinto neque in anapæstum neque in dactylum. Ac de dactylo quidem res adeo expedita et facilis est, ut vix tria exempla reperiantur, quæ huic regulæ obstare vel videantur. Euripidi quidem tribuunt Viri docti tanquam Hippolyti verba, a Zenobio, Diogeniano, Suida, et Apostolio in proverbiorum numerum relata, sed nusquam pro Euripideis citata, *Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.* Et poterant esse verba Phædræ ad nutricem; Scholiastes enim ad Hippolytum ait: *καὶ ἔστιν ὁμοία τῇ παροιμίᾳ. Εὔνοι' ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας.* Sed cujuscunque est, certe neque Euripidis est, neque Tragici cujusquam. Alter locus Euripidis, inter fragmenta a Barnesio et Musgravio collocatus, exstat apud Stobæum cxvi. p. 477. *Τηρεῖν μὲν ἑτέρους οἱ γέροντες δυνάμεθα. Ἡμεῖς δ' ἀπολαύειν ὧν ἔχουσιν οἱ νέοι.* Quis vero nescit, quoties margo Stobæi in nominibus erret? Aut quis hæc esse Comici cujusdam verba dubitet? Versus solus, quem in fabulis integris superesse credo, occurrit Iph. A. 1632. *Χρὴ δέ σε, λαβοῦσαν τόνδε μόσχον νεαγενῆ.* Quanquam spurium esse hunc versum credo, non tamen de interpolatore ipso adeo male censeo, ut putem eum ita scripsisse. Legendum *εὐγενῆ* quivis viderit. Nemo autem a me postulabit, ut emendationes virorum doctorum, quæ huic regulæ adversantur, refellam; satis enim superque se ipsæ refellunt. "Sed Comici hanc regulam sæpissime violant." Certe. Atque hæc ipsa res eam a Tragicis servari probabile reddit. Sed de Tragicorum et Comicorum versuum discrimine plura sum infra dicturus. Quod si dactylum, qui in prima et tertia sede non infrequens est, quinta semper exclusere Tragici, si etiam anapæstum in tertia sede vitarunt, consequens esse putabam, ut anapæstus e quinta semper

exulare deberet. Potueram eadem opera loca omnia colligere et examinare; sed brevitati imprimis studebam: regulam igitur meam de tertio senarii pede stabilisse contentus, cetera lectoris industriæ et candori permiseram.

Unam tantummodo exceptionem notare neglexeram, quam nunc paucis attingam, de propriis scilicet nominibus. Sunt enim nomina quædam, qualia Ἀερόπη, Ἀντιγόνη, Ἰφιγένεια, Λαομέδων, quæ ex iambicis et trochaicis versibus omnino excludenda essent, nisi anapæsti* aliquando admitterentur. Hanc igitur veniam Tragicis libenter cum auditores, tum lectores, concedebant, ut in quavis senarii sede, præter ultimam, anapæstum, ut in quavis trochaici sede, præter mediam et ultimam, dactylum usurparent. Ac nullo sane discrimine et in impares et in pares senarii locos propria nomina inferunt; ut inde consequi putem, anapæstis in tertia et quarta sede, præterquam cum hac sola exceptione, temperasse. Si enim jure suo anapæstos ibi adhibere poterant, debebant ita distribuere, ut pares locos effugerent. Cetera nomina, in quibus occurrit anapæstus vel dactylus, cum non ineluctabili necessitate iis pedibus uti cogerentur, debebant quidem ita versibus intexere, ut anapæstus in diversos pedes dissecaretur.

Iph. A. 507. Αἰνῶ σε, Μενέ | λα', ὅτι παρὰ γνώμην ἐμήν.

Or. 490. Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγα | μέμνων βίον.

Phœn. 1371. Ὦ τλῆμον, οἷον τέρμον' Ἰο | κάστη βίου.

Et hoc certe plerumque faciebant. Verum istam legem sibi servandam putabant, ut anapæstus in eadem voce totus contineretur. Mendosus igitur est,

Iph. A. 1579. Ἔλεξε δ', ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι παῖ Διός.

E MSS. tribus Parisiensibus dedit Marklandus,

Ἔλεξε δ', ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε.

Musgravius, quod mirum est, vulgatam tacitus retinet.

Si me rogas, utra harum vera sit lectio, respondeo, neutra. Nec quicquam mea refert; quippe qui persuasus sim, totam eam scenam abusque versu 1541 spuriam esse, et a recentiori quodam, nescio quando, certe post Æliani tempora, suppositam. Non tamen ideo omnia contra sermonis indolem et

* Cum propter brevitatem, de Trochaico loquens, anapæstum dico, lector semper de duabus dactyli syllabis cum sequentis pedis longa conjunctis intelligat.

contra metri leges peccata scriptori ipsi, sed quædam saltem librariis, imputanda censeo. In hoc loco proculdubio dederat ille, *Ἔλεξε δ', ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διός·* et mox, *Δέξαι τὸ θῦμα τοῦθ', ὅ σοι δωρούμεθα·* sed qui sequitur versus,

Στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ,

vereor ne sit in ipsius Pseud-Euripidis cerebello natus. Marklando legendum videbatur, *Στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ.* Ubi vero Tragici exercitum Græcorum hoc epitheto ornant? In hac ipsa scena, 1591. ait Marklandus. *Στρατεία* quidem *κοινὴ* erat, *στρατὸς* non *κοινός*. Brunckius tamen ad Orest. 201. ait: "Tertia in *Ἀγαμέμνων* produci (lege 'corripi') quidem potest in Canticis. Sed aliud exemplum afferendum erat, quam versus ex Iph. A. a Musgravio excitatus. Cum Marklando enim sentio, qui interpolatum illum affirmat, et admodum probabiliter emendat." Verum si totus locus seculi recentioris est, medicina fit mortuo. De quo latius agam, si quando fabulam istam edendam curabo. Alia loca partim e variis lectionibus, partim e conjectura emendanda sunt. Iph. A. 817. male mutavit Marklandus, licet *Φαρσάλιον* præbeant MSS. In 814. *γ'* delendum, neque de elisione in *Ἑλλάδι*, quanquam paullo rarior est, timendum. Alcest. 1140. *Καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ*[ς]. Verum pejus corrupti sunt versus Ion. 296, 297. quos in gratiam lectoris citabo, simul ejus judicio et acumini commendans:

Τιμᾷ σφε Πύθιος, ἀστραπαί τε Πύθιαι.
Τιμᾷ, τιμᾷ, ὡς μήποτ' ὤφελόν σ' εἰσιδεῖν.

Sed cum hoc impetrassent Tragici, ut scilicet *Ἰφιγένεια* et similia verba impune, ubi opus esset, usurparent, paullo longius progressi sunt, et interdum, licet raro, anapæstos in propriis nominibus reliquere, ubi non omnino erant necessarii.

Orest. 453. *Ἀπωλόμην, Μενέλαε, Τυνδάρεως ὅδε.*

Herc. F. 219. *Ὃς εἷς Μινύαισι πᾶσι διὰ μάχης μολών.*

Sophocl. Philoct. 794. *Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε, πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ.*

ς V. 1137. edit. Monk. quem vid. Negat tamen Elmsleius *ι* istam elidi posse; et novem loca sibi repugnantia, ut solet, aut corrigit aut aliter expedit. Adeas notam ejus ad Herac. 693. in Addendis. Ut verum fatear, libentius credam hanc sibi tragicos elisionem, quamvis rariorem, indulsisse, quam tot tanto periculo loca a recepta vel lectione vel sensu esse detorquenda. Hanc quæstionem iterum tangit Pors. ad Orest. 584.

In Aj. 1008. de lectione dubitari potest. Tria alia exempla ex Helena Euripidis 88. et Electra 314, 315. attulit Hermannus Præf. p. 63. quorum duo priora correctionem neque admittunt, neque requirunt: Euripides etiam in Νεοπτόλεμος, Ἱππόλυτος, Ταυροπόλος, tres ultimas syllabas anapæstum fecit, quod tamen in genitivis et dativis meliori jure fecisse videtur, quam in nominativis et accusativis. Simili licentia vocem anapæsticam in trochaico versu ita collocabant, ut duæ breves syllabæ dactyli partem efficerent.

Or. 1549. Ξύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε τὸν τάδε ξυνδρῶντά μοι.

Iph. A. 324. Οὔ, πρὶν ἂν δείξω Δαναοῖσι πᾶσι τἀγγεγραμμένα.

355. Χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορός.

Quanquam secundus versus aliter legi potest, vel ex MS. δείξω γε Δαναοῖς, vel e conjectura Δαναΐδαις. Comici igitur, minus mirandum est, si dactylum aliquando in Trochaicis admittebant, cum proprium nomen occurreret, licet, si paullo plus laboris insumere vellent, hanc licentiam evitare potuissent. Hermippus Athenæi xi. p. 486. A. (male notata 488.)

Ἢν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπάστην ἐκπιών,
Τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Comicus incertus, sed Aristophani æqualis, apud Plutarch. Polit. Præc. p. 811. F.

Μητίοχος μὲν (γὰρ) στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδούς,
Μητίοχος δ' ἄρτους ἐποπτᾷ, Μητίοχος δὲ τἄλφιτα,
Μητιόχῳ δὲ πάντα κεῖται, Μητίοχος δ' οἰμώξεται*.

Ideo autem de hac Comicorum licentia mentionem injeci, quod, cum plures alias Trochaicorum leges, quas servant Tragici, ipsi violent, a dactylo, nisi in propriis nominibus, caute abstineant. De hac re quædam infra addam, cum de Comici et Tragici trochaici discrimine agam.

Nunc de cæsuris videamus. Senarius, ut notum est, duas præcipuas cæsuras habet, penthemimerim, et hephthemimerim,

* Archilochus Herodiani in Villoisoni Anecdot. Græc. T. ii. p. 93. Νῦν Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ· Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεώφιλε δ' ἄκουε. (Λεωφίλου δ' ἀκούεται.)

id est, alteram quam voco *A*, quæ tertium pedem; alteram, quæ quartum dividat. Prioris cæsuræ quatuor sunt genera: primum est, quod in brevi syllaba fit; secundum, quod in brevi post elisionem: tertium in longa; quartum in longa post elisionem.

Hec. 5. (*Aa*) Κίνδυνος ἔσχε | δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ.
11. (*Ab*) Πατὴρ ἵν' εἴποτ' | Ἰλίου τείχη πέσοι.
2. (*Ac*) Λιπὼν ἵν' Ἅιδης | χωρὶς ᾤκισται θεῶν.
42. (*Ad*) Καὶ τεύξεται τοῦδ' | οὐδ' ἀδώρητος φίλων.

Alterius cæsuræ, quam voco *B*, plura sunt genera. Primum, cum in fine disyllabi vel hyperdisyllabi occurrit sine elisione; secundum, post elisionem; tertium, cum brevis syllaba est enclitica vox; quartum, cum non est enclitica, sed talis quæ sententiam inchoare nequeat; quintum, cum vox ista ad præcedentia quidem refertur, potest vero inchoare sententiam; sextum, cum syllaba brevis post elisionem fit. Duo alia cæsuræ hujus genera ceteris minus jucunda sunt, ubi sensus post tertium pedem suspenditur, et post distinctionem sequitur vox monosyllaba, vel sine elisione, vel per elisionem facta.

Hec. 1. (*Ba*) Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας.
248. (*Bb*) Πολλῶν λόγων εὑρήμαθ' | ὥστε μὴ θανεῖν.
266. (*Bc*) Κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν | εἰς Τροίαν τ' ἄγει.
319. (*Bd*) Τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν | ἀξιούμενον.
Soph. El. 530. (*Be*) Ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σὸς | ὃν θρηνεῖς ἀεί.
Phil. 1304. (*Bf*) Ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' | ἔστιν οὔτε σοί.
Æsch. Theb. 1055. (*Bg*) Ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ | τιμήσεις τάφῳ;
Soph. El. 1038. (*Bh*) Ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ' | ἡγήσει σὺ νῷν.

Est et alia senarii divisio, quam si non cæsuram, *quasi-cæsuram* liceat nominare. Ea est, cum tertius pes elisionem patitur, sive in eadem voce, sive additis γ', δ', μ', σ', τ'.

Hec. 387. Κεντεῖτε μὴ φείδεσθ' ἐγὼ 'τεκον Πάριν.
355. Γυναιξὶ παρθένοις τ' ἀπόβλεπτος μέτα.

Hæc quasi-cæsura apud Tragicos haud est infrequens. Longe rarior est ea licentia, qua integri pedes tertius et quartus vel integras voces vel vocum partes faciant.

Soph. Aj. 1091. Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς.
Æsch. Pers. 509. Θρήκην περάσαντες μόγις πολλῷ πόνῳ.

Quorum exemplorum in secundo pronunciandi difficultas laborem ab exercitu Persico exhaustum optime exprimit. Sed ut hoc aliquando sibi permittunt, illud nunquam sibi permittunt, ut pedes tertius et quartus eadem voce comprehendantur. Hoc si fieri posset, omnis rhythmus, omnes numeri funditus everterentur. Imo Comici, inquies, hoc non raro faciunt. Comici sane interdum faciunt, ii tamen paullo rarius; (sexies et decies, nisi fallor, Aristophanes in Pluto;) at hoc ipsum argumento est, Tragicos non facere. In iis, quæ dixi ad Hec. 728. non quidem erravi, sed paullo tamen minus sum accurate locutus. Quod ibi tantum innui, hic aliquanto fusius exsequar. Si Tragici et δύρομαι et ὀδύρομαι pari jure adhibere possent, eam certe formam, unde numerosior versus evaderet, prælaturi essent. Eadem præterea ratio locum habet in verbis ὀμόργνυμι et μόργνυμι. Aristoph. Acharn. 706.

Ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπομορξάμην ἰδών,

aut augmentum omissum, aut spondeus in quintum locum admissus. Sic tamen habent omnes, opinor, editiones, et Suidas v. Ὥστ' ἐγὼ μέν. Kusterus, qui vulgatam in textu suo scripturam reliquit, in tractatu tamen de Verbis mediis recte scribit ἀπεμορξάμην. Et sane ita legendum est ex ipso Suida eadem in voce, ubi ordo verborum veram lectionem conservavit. Atque eadem lectio jam exstabat in tribus Scholiorum editionibus, Aldina, Juntina, Frobeniana; mutavit Portus, mutantem secutus est Kusterus.

Sed ad quæstionem propositam redeo. Grammaticorum quorundam erat σπουδὴ, sive παιδιὰν vocas, versus scribere tales, ut singulæ dipodiæ integris vocibus vel continerentur, vel saltem terminarentur. Athenæus x. p. 454. F. Τὸ δὲ Καστορίωνος τοῦ Σολέως, ὡς ὁ Κλέαρχος φησὶν, εἰς τὸν Πᾶνα ποίημα τοιοῦτόν ἐστι. τῶν ποδῶν ἕκαστος (potius legendum στίχων) ὅλοις ὀνόμασι περιειλημμένος πάντας ὁμοίως ἡγεμονικοὺς καὶ ἀκολουθητικοὺς ἔχει τοὺς πόδας, (τὰ μέτρα vel τὰς διποδίας accuratius dixisset,) οἷον,

Σὲ τὸν βόλοις | νιφοκτύποις | δυσχείμερον
Ναίονθ' ἕδος, | θηρονόμε Πὰν, | χθόν' Ἀρκάδων,
Κλήσω γραφῇ | τῇδ' ἐν σοφῇ, | πάγκλειτ' ἔπη

Συνθεὶς, ἄναξ, | δύσγνωστα μὴ | σοφοῖς κλύειν,
Μουσοπόλε θὴρ, | κηρόχυτον ὃς | μείλιγμ' ἱεῖς[η].

Sic lege et interpretare, *Qui melodiam e fistula ceris compacta excitas.* Verum si versus istos recte metieris, Tragicorum regulæ unum modo adversantem reperies: secundus enim, quartus et quintus pertinent ad cæsuram *B a*, tertius ad *A d*. Sed primi similem Tragico scribere nunquam, ut opinor, permissum erat.

Non eram nescius, cum hanc regulam posui, paucas quasdam exceptiones in hodiernis Tragicorum editionibus occurrere. Verum eæ tam raræ sunt, et tam sanatu faciles, ut putarem, neminem semel monitum, qui quidem aurem haberet, non sponte emendaturum. Versus Sophoclis Œd. Col. 372. Εἰσῆλθε τοῖν τρὶς ἀθλίοιν ἔρις κακὴ, non est vera exceptio. Adverbium enim ab adjectivo disjungendum est, ut in Homerico, Od. E. 306. Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Aristoph. Plut. 851. Οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος· Καὶ τρὶς κακοδαίμων, καὶ τετράκις, καὶ πεντάκις, Καὶ δωδεκάκις, καὶ μυριάκις· ἰοὺ, ἰού.—Aliud exemplum præbet Euripides, qui dicitur, Iph. A. 1595. Φάσμ', οὔγε μηδ' | ὁρωμένου | πίστις παρῆν. Poteram quidem hoc versu corrigendo supersedere; sed ne quis cavilletur, me hanc commodam sane e dumetis erependi viam instituere, ut ea pro spuriis, quæ doctrinæ meæ repugnant, deleam, fatebor nihil me dubitare, quin ipse scriptor dederit, Φάσμ', οὔγε πίστις μηδ' ὁρωμένου παρῆν.

Sed, si placet, cetera exempla, quæ huic regulæ obstent, prope inspiciamus. Ea sunt, quæ sequuntur.

Æsch. Pers. 501. Στρατὸς περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον.
Agam. 1261. Ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.
Suppl. 252. Καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν.
Soph. Aj. 969. Πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα;

Postremi loci vitium obiter sustuli ad Hec. 1206. legendo, τοῦδέ γ' ἐγγελῷεν. Œd. C. 1339. Κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται. Priora tria transpositione sananda.

Κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον στρατὸς περᾷ.

η. Sed ἱεῖς mutandum in ἵης. Vide Porsoni notam de τιθεῖς et τίθης ad Orest. 141.

In secundo dele noxiam particulam ἂν, et lege,

Ἦ κάρτα χρησμῶν ἆρ' ἐμῶν παρεσκόπεις.

In tertio τἄλλα mendosum est, cum ἄλλα esse deberet: quanquam hoc quidem aliter sanari poterat. Sed ut ἐπεικάσαι sedem suam obtineat, legendum,

Καὶ πολλά γ' ἦν δίκαιον ἄλλ' ἐπεικάσαι.

Exstabat olim in Eurip. Suppl. 168. hic versus,

Πολιὸς ἀνὴρ εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος.

Nisi MSS. Parisienses ad hunc locum collati essent, quis veram lectionem eruere posset? Id tamen, quicunque aurem habeat, videre possit, non esse tam immodulatum senarium ab Euripide profectum. Sed aliud est errorem indicare, aliud corrigere. Dedit Marklandus e MSS. Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαίμων πάρος. Quod si non verum, vero certe proximum puto. Latere enim in Aldinæ lectionis ruderibus tenue veritatis vestigium existimo; scilicet a poëta scriptum, Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος ἰσοδαίμων πάρος, deinde levi errore mutatum ἰσοδαίμων in εὐδαίμων. Quod monere volens librarius, aut inter versus aut in margine notavit ἰσο legendum pro εὐ. Illud, ut fit, alii neglexere, altera lectione contenti; alii leviter depravatum in textum intulere, ut talis fere versus tandem exstiterit:

Πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος.

Corrector, tam enormi versu offensus, τύραννος recidendo ad metra eum redigere conatus est. Aptissimum autem tyranno vel tyrannidi epitheton ἰσοδαίμων. Æschyl. Pers. 636. Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρίτας ἰσοδαίμων βασιλεύς; Plato Rep. VIII. non longe a fine de Euripide ait, Καὶ ὡς ἰσόθεόν γε τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει. Habuit in animo Troad. 1177. Γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος. Notus est Ariphronis Sicyonii Pæan apud Athen. XV. p. 702. A. Τᾶς τ' εὐδαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς. Sic editiones Casauboni, qui tamen ex Epitome legit ἰσοδαίμονος, quod habent etiam Plutarchus de Virt. Mor. p. 450. B. de Frat. Amor. p. 479. A. Sextus Empiricus adv. Mathem. XI. 49. In editione Aldina Athenæi est ἰβδαίμονος, quod typothetæ videtur erratum, qui ϛ (id est σο) cum ϐ confuderit. Diverso sensu dixit ἰσοδαίμονα Pindarus Nem. VI. 137.

Hactenus hæc. Nunc ad aliud cæsuræ genus accedimus, quam potius *pausam* ideo nominare libet, quoniam versus, qui

cæsurarum supra memoratarum nullam habeat, necessario minus modulatus est; versus vero qui *pausa* careat, non est continuo immodulatus. De versibus iis loquor, ubi quintus pes in duas voces distribuitur. Tirones vero ea, quæ de hac re dicturus sum, pro supplemento accipient notæ meæ ad Hec. 343. Κρύπτοντα χεῖρα καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν. Sic primus recte edidit Kingius pro τοὔμπαλιν. Nempe hanc regulam plerumque in senariis observabant Tragici, ut, si voce, quæ Creticum pedem efficeret, terminaretur versus, eamque vocem hypermonosyllabon præcederet, quintus pes iambus vel tribrachys esse deberet. Non potuerunt igitur talem versum Tragici scribere, qualis est Κρύπτοντα χεῖρα καὶ πρόσωπον τοὔμπαλιν, aut Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν, aut Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων σωφρόνων· certe noluere, si modo vel diversa orthographia vel alia verborum positura vitare possent *in scenam missos cum magno pondere versus.*

Res eadem est, si Creticus in trochæum et syllabam dissolvitur; vel si, Cretico in syllabam longam et iambum dissoluto, syllaba longa est aut articulus aut præpositio, aut quævis denique vox, quæ ad sequentia potius quam præcedentia pertineat.

Or. 1079. Κῆδος δὲ τοὐμὸν καὶ σὸν οὐκέτ' ἐστὶ | δή.
1081. Χαῖρ'· οὐ γὰρ ἡμῖν ἔστι τοῦτο· | σοί γε | μήν.
Hec. 382. Καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ, ἀλλὰ | τῷ καλῷ.
379. Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος | ἐν βροτοῖς.

Et sic habe de τίς, πῶς, interrogantibus; ὡς, οὐ, καὶ, et similibus, ut partim monui ad Phœniss. 1464.

Verum si secunda quinti pedis pars ejus sit generis, ut præcedenti verbo adhæreat, et ambo quasi unam vocem simul efficiant, non jam amplius necesse erit, ut verbum præcedens brevi syllaba terminetur. Ac primo pauca citemus exempla, ubi syllaba iambum præcedens sit vox enclitica.

Hec. 505. Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· ἡγοῦ μοι | γέρον.
Sophoc. Œd. C. 982. Ἔτικτε γάρ μ' ἔτικτεν, ὤμοι μοι | κακῶν.
Phil. 788. Προσέρχεται τόδ' ἐγγύς· οἴμοι μοι | τάλας.
Apud Hesych. v. ἀραῖος.
Ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖός μοι | νέκυς.
Æsch. Cho. 903. Κρίνω σὲ νικᾶν· καὶ παραινεῖς μοι | καλῶς.

Eurip. Iph. A. 1222. Πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι | πέτρας.

Iph. T. 949. Ἠλαυνόμεσθα φυγάδες. ἔνθεν μοι | πόδα.

Hel. 479. Πῶς φῄς; τίν' εἶπας μῦθον; αὖθίς μοι | φράσον.

Apud Laërt. IV. 29.

Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι | χάριν;

Ion. 645. Ἃ δ' ἐνθάδ' εἶχον ἀγάθ', ἄκουσόν μου | πάτερ.

Æsch. Agam. 1061. Ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν | λόγῳ.

Prom. 649. Τί παρθενεύει δαρὸν, ἐξόν σοι | γάμου.

Eurip. El. 1126. Καὶ μὴν ἐκεῖνος οὐκέτ' ἔσται σοι | βαρύς.

Ægeo apud Stob. Serm. XXXIV. ed. 1609.

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔσται σοι κακά. (sic 1.)

Rhes. 717. Βίον δ' ἐπαιτῶν εἷρπ' ἀγύρτης τις | λάτρις.

Soph. Phil. 801. Ἔμπρησον, ὦ γενναῖε· κἀγώ τοι | ποτέ.

Ex hac classe excipienda sunt duo loca:

Heracl. 641. Ὦ φίλταθ', ἥκεις ἆρα σωτὴρ νῷν βλάβης;

Soph. Œd. C. 1543. Σφῷν αὖ πέφασμαι καινὸς, ὥσπερ σφὼ πατρί.

Cum νὼ et σφὼ significent ἡμεῖς δύο et ὑμεῖς δύο, nimis emphatica sunt, quam ut enclitica fiant. Legendum, ἆρα νῷν σωτὴρ βλάβης; et ὡς πρὶν σφὼ πατρί. Melius junguntur σωτὴρ βλάβης, ut σωτῆρα κακῶν Med. 361. σῴζουσιν θανεῖν Phœniss. 609. Idem ὥσπερ Euripidei versus apud Polluc. VII. 178. numeros corrupit: Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥσπερ θὴρ μόνος. Recte MS. ὥστε.

Secundo exempla quædam demus vocum non encliticarum, sed quæ sententiam aut versum inchoare nequeant.

Æsch. Prom. 107. Οἷόν τε μοι τάσδ' ἐστί· θνητοῖς γὰρ | γέρα.

Soph. Trach. 932. Ἰδὼν δ' ὁ παῖς ᾤμωξεν· ἔγνω γὰρ | τάλας.

Eurip. Iph. A. 1155. Ἄκουε δὴ νῦν· ἀνακαλύψω γὰρ | λόγους.

Heracl. 304. Τῆς δυσγενείας μᾶλλον· ἡμεῖς γὰρ | κακῶν.

Hel. 1572. Τοὺς σοὺς λόγους σῴζοντες· ἄρχειν γὰρ | νεώς.

Soph. Trach. 718. Πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξῃ γοῦν | ἐμῇ.

El. 357. Σὺ δ' ἡμιν ἡ μισοῦσα μισεῖς μὲν | λόγῳ.

Œd. T. 142. Ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς μὲν | βάθρων

Sed nulla particula sæpius, quam ἂν, in ista sede posita reperitur.

Sophocl. Electr. 413. Εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν | τότε.

Eurip. Phœn. 1635. Ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν | βίον;
1642. Ἐγὼ δὲ ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν | χθόνα.

Androm. 937. Βλέπουσ' ἂν αὐγὰς τἄμ' ἐκαρποῦτ' ἂν | λέχη.
1187. Οὗτός γ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἂν | γέρον.

Bacch. 1272. Κλύοις ἂν οὖν τι κἀποκρίναι' ἂν | σαφῶς;

Heracl. 457. Μάλιστα δ' Εὐρυσθεύς με βούλοιτ' ἂν | λαβών.

Acute igitur et probabiliter in Hippol. 296. Γυναῖκες αἵδε συγκαθίσταιντ' ἂν νόσον, (συγκαθίστανται enim MSS.) conjecerat Musgravius, quamvis postea vulgatum συγκαθίστανai defenderit. Certa autem Marklandi emendatio Iph. A. 524.

Ὃν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν | λόγον;

In omnibus his exemplis illud observandum est, ἂν semper verbo suo statim subjungi, idque cum elisione. Unde levi mendo laborat versus Erecthei, Φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσώσαις ἂν πατρός. Quanquam σώζειν apud Tragicos aliquando *meminisse* significat, longe aptior hoc sensu est media forma. Lege igitur, κἀποσώσαι' ἂν πατρός. Similis confusio in Med. 734. μεθεῖσαν et μεθεῖ' ἄν. Verum nisi mutatio sit perexigua, hæc et similia loca sollicitari nolim. Sane si MS. bonæ notæ in Æschyli versu daret παραινέσαι καλῶς, aut in Euripidis ἄκουέ μου, πάτερ, non illibenter acciperem. Est versus Alcest. 1106. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι κακὸν, qui ex iis. quæ modo dixi, non incommode defendi potest: verum quis reponere dubitabit e Galeno IV. de Dogm. Hippocr. et Plat. T. I. p. 283, 55. ed. Basil. T. V. p. 152. Charter. quem indicavit Valckenaerius Diatrib. p. 28. B. C. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακόν? Sed talia, ut dixi, ex mera conjectura non tentanda.

Alia sunt. quæ huic regulæ non vere officiant, tantum ex perversa orthographiæ ratione officere videantur. In hanc classem referenda puto exempla, ubi οὐδεὶς inter quartum pedem et quintum dividatur.

Soph. Œd. C. 1022. Εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.

Eurip. Phœn. 759. (775.) Ἀμφότερον· ἀπολειφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον.

Alc. 682. Ἢν δ᾽ ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς βούλεται.

Herc. F. 1341. Θεοὶ δ᾽ ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων.

Menalipp. Stob. LXIX. p. 287. Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται.

Sed in his vocibus Atticam scribendi rationem esse divisim, οὐδ᾽ εἷς, οὐδ᾽ ἕν, colligo ex hoc, quod sæpe particulam ἂν interponunt inter οὐδ᾽ et εἷς. Attici etiam circa posteriora Aristophanis tempora οὐδὲ εἷς et μηδὲ εἷς plene scripta usurpare cœperunt, Epicharmi exemplum fortasse secuti. In Pluto certe Aristophanis trisyllaba forma quater occurrit, 37. 138. 1116. 1183. semel tantum præterea in Ranis 958. et ibi dedisse videtur, Σαφὲς δ᾽ ἂν εἶπεν οὐδ᾽ ἂν ἕν. Semel usurpavit Eupolis apud Stobæum IV. p. 53, 52. Non igitur Tragicos canones violat (quos sæpe in Satyris violant) Cyclop. 120. Νομάδες· ἀκούει δ᾽ οὐδ᾽ ἓν οὐδ᾽ εἷς οὐδ᾽ ἑνός· neque 672. Οὖτίς μ᾽ ἀπώλεσ᾽. οὐκ ἄρ᾽ οὐδ᾽ εἷς ἠδίκει.

In hanc classem etiam referenda sunt ista Sophoclis loca, in quibus ἧμιν vel ὗμιν (quæ Grammatici alii ἡμῖν et ὑμῖν scribunt) Creticum antecedit.

Electr. 1328. Ἦ νοῦς ἔνεστιν οὔτις ὗμιν ἐγγενής;

Œd. C. 25. Πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ᾽ ἧμιν ἐμπόρων.

Et similiter El. 1332. Œd. T. 1482. Œd. C. 34. 81. 1038. 1167. 1408. Philoct. 531. Hac scribendi ratione sæpissime (fortasse semper; vide Aj. 689. El. 255. 454.) usus est Sophocles; Comici et ceteri Tragici rarissime: ἧμιν αὖ χάριν Æschyl. Prometh. 820. ita scribi potest; sed tutius, opinor, exemplis modo citatis p. 21. vulgata lectio defendetur. Hinc vexatissimum Sophoclis locum Philoctet. 1333. expediet lector eruditus, Ἀσκληπιάδαιν δὲ τοῖν παρ᾽ ἧμιν ἐντυχών.

Alia sunt exempla tam emendatu facilia, ut in iis nemo, nisi indoctissimus, hæsitet. Talia sunt Sophocl. Philoct. 731. Λόγου σιωπᾷς, κἀποπλήκτως ὧδ᾽ ἔχει; Ibi Brunckius recte edidit κἀπόπληκτος, quanquam sine auctoritate, quanquam non monito lectore. Si enim retinetur ἀποπλήκτως, rescribi oportet ἔχεις. Eurip. Iph. A. 1465. Δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ κεῖνον δεῖ (δεῖ κεῖνον) δραμεῖν. Iph. T. 1013. ἀλλ᾽ ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων Θανὼν ποθεινός· τὰ δὲ γυναικῶν ἀσθενῆ. Sic e MSS. edidit

Marklandus, probante Musgravio. Ex Aldo quantocyus restitue γυναικὸς, quod etiam oppositionem fortiorem facit. Sed levia hujusmodi quivis pro se ipse statim corriget.

Ex iis jam, quæ restant, locis quædam proferamus. Æschyl. Pers. 321. Νωμῶν, ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος, Σάρδεσι Πένθος παρασχών. Ariomardus supra 38. Thebarum præfectus erat: cur igitur Sardibus luctuosa esset ejus mors? Hoc, ut opinor, sentiens Scholiastes addit, πατρὶς γὰρ αἱ Σάρδεις αὐτῷ. Sed potius existimo versum unum vel plures excidisse, ubi Sardium præfectus, fortasse Mitragathes vel Arceus, nominaretur.

Νωμῶν,· ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος.........
.................................Σάρδεσι
Πένθος παρασχών.

Expleat hiatum, si potest, sagax lector[θ]; sed id simul curet, ut verbum Ἀριόμαρδος vocalis sequatur.

Æsch. Suppl. 206.

Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων σωφρόνων
Ἴτω πρόσωπον ὄμματος παρ' ἡσύχου.

Bella sane locutio, ἰέναι πρόσωπον ἐκ μετώπων vel παρ' ὄμματος. Notavit Schutzius, προσώπων habere Robortellum. Sed pro sua diligentia non notavit Aldum dedisse ἐκ μετόπω σωφρονῶν ἴτω προσώπων, quæ vera est lectio, modo cognatarum vocalium sedem mutes: Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετωποσωφρόνων Ἴτω προσώπων ὄμματος παρ' ἡσύχου. Dicitur autem πρόσωπα μετωποσώφρονα, ut εὐπήχεις χεῖρες a Nostro Hipp. 201. καλλίχειρες ὠλέναι a Chæremone apud Athen. XIII. p. 608. B. et plura similia. In τὸ μὴ μάταιον intelligitur βλέπος aut aliquod ejusmodi nomen. Aristoph. Nub. 1178. Ἐπὶ τοῦ προσώπου

θ. Explevit postea ipse Porsonus,

. . . . .Ἀριόμαρδος, ἀρδέων
Βολαῖσι πιστὸς, Μιτραγάθης τε, Σάρδεσιν . . . . . .

Ingeniose quidem; et, Blomfieldio judice, "certe Æschylum sapiunt:" in quibus tamen insoliti verbi ἀρδέων usum vix satis defendit Prom. 904.; neque de penultima τοῦ Μιτραγάθης correpta adeo omnino constat. Quænam fuerit ista Atticarum aurium subtilitas, equidem nescio: mihi vero non incredibile videtur, eos, qui diversas literas in hac versus sede ita concurrentes respuerent, eandem forsan repetitam ferre potuisse; potuisse igitur ferre Ἀριόμαρδος Σάρδεσι. Quod si fieri posset, parum movet difficultatis illa mentio de Sardibus injecta.

τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος. Cum modestia et immodestia maxime in fronte et oculis appareant, utrumque et frontem et oculos simul memoravit*.

Quæ apud Sophoclem reperiri possunt exceptiones, harum præcipuas enotabo, sed, ne longum volumen scribam, enotatas tantum lectorum acumini relinquam.

Aj. 1101. Ἔξεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν;

Œd. C. 664. Θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κἄνευ τῆς ἐμῆς.

Philoct. 22. Ἅ μοι προσελθὼν σῖγα, σήμαιν', εἴτ' ἔχει.

Pauca jam Euripidis loca corrigere conabor, omissis tamen Iph. A. 1598. 1621. 1622. quæ, qui velit, emendanda vel defendenda suscipiat.

Hec. 729. (717.) Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν.

Andr. 347. Φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον· ἀλλὰ ψεύσεται.

Iph. A. 531. Κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι[ι].

Et hos tres versus, cum eodem morbi genere, si tamen morbus est, laborent, juniorum sagacitati committam.

Iph. A. 668. Εἰς ταυτὸν, ὦ θύγατερ, σύθ' ἥκεις τῷ πατρί. Mendosum esse σύτε nemo non videt, sed eo in σύγε mutato nihil admodum lucramur. Legendum, Ὦ θύγατερ, ἥκεις καὶ σύγ' εἰς ταυτὸν πατρί. Καὶ ante pronomen σὺ ita addit Agamemnon statim postea: Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρὸς, ubi similiter articulus abest. Locus e Rheso 733. sumtus facillimam medicinam admittit, substituendo Θρῃκὶ pro Θρῃκῶν.

Ὦ ξυμφορὰ βαρεῖα Θρῃκὶ συμμάχῳ.

Eurip. Suppl. 160.

Τί πλεῖον; ἦλθον Ἀμφιάρεω πρὸς βίαν.

* In hunc censum non dignatus sum referre versum alium Æschyli Choëph. 508. Καὶ μὴν ἀμόμφητον δέ τινα τὸν λόγον, ubi τίμα Canterus, τιμᾷ Heathius. Schutzius vero hunc ita emendat, Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τιμήσας λόγον, et 507. quo sanior non est in toto Æschylo, spurium censet. Verum enimvero manifesto spurius est 508. qui a Robortello post 509. ponitur; recte ab Aldo omnino omittitur. Iterum mirare Schutzii diligentiam, qui Aldi et Robortelli lectiones non memorarit. Ceterum non transponendus est cum Heathio 509. post 506. sed τῆς τ' cum eodem fortasse legendum pro τῆς, quod habent Ald. Rob.

ι Vide Pors. Opusc. p. 194.

Ἀμφιάρεω quadrisyllabum est. Lege ex MSS. duobus apud Marklandum et Musgravium, Ἀμφιάρεω γε πρὸς βίαν. Illud γε idem fere valet, quod *etiam*, ut in Hec. 606. Οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν, et 812. Φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους. Aristoph. Nub. 400. Ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει. Iph. T. 584.

Κἀμοὶ τόδ' εὖ μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται.

Videamus præcedentia et sequentia:

Ἀκούσατ'· εἰς γὰρ δή τιν' ἥκομεν λόγον,
Ὑμῖν τ' ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπεύδουσ' ἅμα,
Κἀμοί· τὸ δ' εὖ μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται,
Εἰ πᾶσι ταυτὸ πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.

Sic distinguendum in tertio versu vidit Marklandus: σπεύδουσα præclara est Musgravii emendatio pro σπουδαῖς vel σπουδῆς. Soph. El. 251. τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς ἦλθον. Cyclop. 471. (476.) omittere debebat, sed optime advocat Iph. T. 349. οἶσιν ΗΓΡΙΩΜΕΘΑ, ΔΟΚΟΥΣ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν, et Herc. F. 860. Ἥλιον ΜΑΡΤΥΡΟΜΕΣΘΑ ΔΡΩΣ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι. Adde Ion. 1269. Πρόσπολοι, ΔΙΩΚΟΜΕΣΘΑ θανασίμους ἐπὶ σφαγὰς, Πυθίῳ ψήφῳ ΚΡΑΤΗΘΕΙΣ'· ἔκδοτος δὲ γίγνομαι. At quomodo spondeum οὕτω in trochæum convertes? Facillime, si legemus ὧδε pro οὕτω. Sæpissime confunduntur ὅδε et οὗτος, τοσόσδε vel τοιόσδε, et τοσοῦτος vel τοιοῦτος; rarius quidem, sed non valde raro, ὧδε et οὕτω. Sic variant codices Herodoti II. 116. VI. 77. Utrobique ὧδε servat *Arch.* In Orest. 1628. (1645.) οὕτως contra metrum *Cant.* Aristoph. Lysistr. 369. οὕτω e MS. Voss. edidit Kusterus; sed ὡδὶ cum edd. prioribus ex Aug. Rav. dedere Brunckius et Invernizius. Tragicus senarius citatur a Scholiaste Codicis Townleiani ad Iliad. Δ. 249. Αὐτός τι νῦν δράχ' οὕτως δαίμονας κάλει. Quæ ita corrigenda sunt, Αὐτός τι νῦν δρᾶ. χὤδε δαίμονας κάλει. Quanquam Suidas v. Αὐτός τι, et Σὺν Ἀθήνῃ, hunc versum paullo aliter scriptum legit, Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα δαίμονας (τοὺς θεοὺς) κάλει. Videntur olim exstitisse duo versus in Euripidis Temenidis ad hunc fere modum:

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα δαίμονας κάλει·
Τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς ξυλλαμβάνει.

Satis ostendi, ut opinor, quod promisi, paucissimos Tragi-

corum esse versus similes Ionis initio. Sed non ausim dicere nullos esse. Illud autem attente considerandum, quam facile librarii, qui sibi notissimas regulas violarint, eas violaturi essent, quas prorsus ignorarent. Laudat obiter M. A. Muretus Var. Lect. xv. 1. versum, quem Sophoclis esse quivis conjiciat: Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' Ἀχιλλεὺς αὐτὸς εἶ. Verba sunt Græci exercitus ad Neoptolemum, Trojam modo advectum, ut liquet e Philoct. 356.

............Κἄμ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς
Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν
Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.

Si vero versus iste eodem modo, quo apud Muretum legitur, apud Plutarchum T. I. p. 203. D. T. II. p. 51. C. legeretur, quis de mendo suspicari auderet? Temerarius certe videretur, qui ἐκεῖνος pro Ἀχιλλεὺς reponeret. Versum Euripidis (Fragm. incert. 143.) apud Plutarch. T. II. p. 1028. F. ex ingenio suo fabricavit Musgravius. Fragm. 176. Σμικραῖς ἐπιτρέπουσιν αὐτοὺς | ἐλπίσιν, neminem morabitur: [ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν.] Sed locus est e Pirithoo citatus a Gregorio Corinth. in Hermog. apud Reisk. Græc. Orat. T. VIII. p. 948. Ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ | πρὸς λέχος, qui expendi meretur[κ].

Nunc Iambicorum genus Comicis fere proprium leviter attingamus, quod vulgo vocatur Tetrametrum catalecticum. Duabus rebus a Comico senario hoc differt: primo, quod quartus pes semper iambus aut tribrachys[1] sit oportet; secundo, quod sextus pes anapæstum etiam admittit[2]. Sed pes catalecticam syllabam præcedens non iambus esse nequit; nisi in proprio nomine, ubi conceditur anapæstus[3]. Quod de quarto etiam pede[4] intelligi velim. Ran. 942. 943. 948. Eq. 905. Thesm. 544. 555. 557. Archippus Athenæi VI. p. 227. A. VII. p. 311. E.

Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γε τινὰ[1] καθεῖσεν ἐγκαλύψας
Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην[4], τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς.
Οὐχ ἧττον ἢ νῦν οἱ λαλοῦντες. ἠλίθιος[2] γὰρ ἦσθα.
Ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγὼ, τὠφθαλμιδίω[2] περιψῆν.
Ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε Πηνελόπην δέ[3].

κ. Elmsleius ad Herac. 530. καὶ κατάρχεσθ', εἰ δοκεῖ· "Consulto, necne, hunc versum prætermiserit Porsonus in præclara illa de quinto pede tragici senarii disputatione, equidem nescio."

Οὔπωποτ' ἐποίησ' ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.
Τῶν νῦν γυναικῶν Πηνελόπην[1], Φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας.
Ἑρμαῖος ὃς βίᾳ δέρων ῥίνας γαλεούς[2] τε πωλεῖ.

Verum, quantumvis hanc veniam postulent tetrametri iambici, cavete, Adolescentes, credatis omnes licentias admittere, qualis e. g.

Τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι.

At enim, dicetis, quid opus erat hoc monere? Quenquamne esse auribus adeo destitutum, ut hæc verba pro versu venditet? Recte. Neque ego hercule credo quenquam hodie esse, qui talia portenta pro versibus obtrudat. Si quis tamen talis existet, is eadem opera poterit legere, (Athen. xv. p. 665. D.) Ποῦ δὴ μέθυ ἤδη γέγονε καὶ πίνοντες ἤδη πόῤῥω; Eadem opera pro tetrametro iambico accipiet, Στεφάνους τε πολλοὺς κρεμαμένους μελιλωτίνους [ἐπιθυμεῖς.] Athen. xv. p. 678. C. ubi jamdudum vocem ἐπιθυμεῖς emendavit et Athenæo restituit summus Casaubonus. Sed ne diutius iambis immoremur, quædam loca citemus, ut legi debent; quædam, a viris doctis male habita, aut in aliud versuum genus deformata. Unum modo jure postulaturum me puto, ut ne ταῖσι δίκαις vel ἀνθρώποισι φανεὶς (Nub. 1040. Eq. 836. Brunck.) mihi obmoveantur.

Nub. 1059. Πολλοῖς· ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ τὴν μάχαιραν.

Nub. 1362. Οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρῆν σε τύπτεσθαι τε καὶ πατεῖσθαι.

Sic recte Bentleius.

Ran. 961. Ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾴδι' ἦν. νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγ' οὖν.

Eq. 419. Ὦ δεξιώτατον κρέας· σοφῶς γε προὐνοήσω.

Thesm. 567. Οὐδ' ὡς ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσπόδησεν.

apud Athen. vii. p. 302. D.

Οὐκ ἔγχελυν Βοιωτίαν, οὐ γλαῦκον, οὐχὶ θύννου
Ὑπογάστριον.

ix. p. 400. A. Λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ξυναρπάσειεν ἡμῶν.

xii. p. 527. C. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετ' αὔτ' ἐμοῦ πέμποντος· ἀλλὰ μᾶλλον
Πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν κακῶς Συρακοσίαν τράπεζαν,
Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν
Κυλίκων. Corrupta sunt sequentia.

XIV. p. 628. E.

Ὥστ', εἴ τις ὀρχοῖτ' εὖ, θέαμ' ἦν· νῦν δὲ δρῶσιν οὐθέν·
Ἀλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτοι στάδην ἑστῶτες ὠρύονται.

apud Polluc. IX. 46.

Πόλος τόδ' ἔστιν· εἶτα πόστην ἥλιος τέτραπται;

—69. Ἐξ ἄστεος νῦν εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν· ὡς πάλαι δεῖ
Ἡμᾶς ἐκεῖ τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολάζειν.

apud Suid. v. Ἀφαιρεῖν κροκύδας.

Εἴ τις [σε] κολακεύει παρὼν καὶ τὰς κροκύδας ἀφαιρῶν.
v. Ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί.
[Καὶ] τὴν κρατίστην δαίμον', ἧς νῦν θερμὸς ἔσθ' ὁ βωμός.
v. Τῶν τριῶν κακῶν ἕν.
Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί.

Cratinus apud Plutarch. T. I. p. 160. A. T. II. p. 351. A. Πάλαι γὰρ αὐτὸ Λόγοισι προάγει Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ. Cratinus junior ap. Etymol. M. et Suid. v. Βῆ. Eustath. ad Ἰλ. I. p. 768, 14 = 674, 47. Ὁ δ' ἠλίθιος, ὡς προβάτιον, βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Theopompus apud Polluc. IX. 64. Εἰ νῦν γ' ἀνὴρ διώβολον φέρει τρέφειν γυναῖκα. Priscian. XVIII. p. 1183. 9. Θεόπομπος Στρατιώτισιν. Ἡ Θρασυμάχου δ' ὑμῶν γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει.

Quinque adhuc versus supersunt qui in quarto pede anapæstum habent. Nub. 1429. Ran. 963. 968.

Σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί.
Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἔστιν ὄρνις.
Οὐχ ἱππαλεκτρυόνας, μὰ Δί', οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σύ.

Ὧραις apud Athen. IX. p. 372. C. hic unus est e quindecim tetrametris iambicis,

[λ] Ὑρισσοὺς δ' ἴδοις ἂν νιφομένους σύκων ὁμοῦ τε μύρτων.

Plato ibid. XV. p. 665. D.

[μ] Καὶ δὴ κέκραται· τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε.

Sed hæc et quædam alia loca intacta dimittere, optime lector, mecum constitui, ut tu scilicet habeas, in quo ingenium tuum et industriam exerceas.

λ. Emendate legitur ὑριχοὺς in Porsoni Adversar. p. 109. anapæsto tamen in quarto pede relicto. Sed vid. Opusc. p. 195.

μ. Ibid. p. 197.

Vereor, ne in rationibus iambicorum versuum exponendis longi fuerimus. Verum quo longiores ibi fuimus, eo minus Trochaicis immorabimur. Notum est, e Trochaico tetrametro catalectico senarium fieri, si ab initio detrahis Creticum, vel Pæonem primum sive quartum. Eurip. Or. 719.

Θᾶσσον ἤ μ' | ἐχρῆν προβαίνων ἱκόμην δι' ἄστεος.

Sed in hoc trochaico senario (liceat ita loqui)[ν] duo observanda sunt: nusquam anapæstum, ne in primo quidem loco, admitti; deinde necessario semper requiri cæsuram penthemimerim. Una tantummodo ab hac regula exceptio apud Tragicos exstat. Nam versus Iph. A. 1395, 1401. aperte mendosi sunt. Æschyli locum Pers. 164. sanum esse sibi persuasisse Dawesium p. 20. vehementer miror: lege,

Ταῦτά μοι μέριμν' ἄφραστος ἔστιν ἐν φρεσὶν διπλῆ.

Non solum enim in Trochaici Tragici cæsura non dissecari potest verbum compositum, quale ἄφραστος, sed ne articulus quidem nec præpositio quartum pedem terminare. Leviter corruptus Iph. A. 1391. et leviter corrigendum τάσδ' pro τᾶς. Sed regulam, quam supra de pausa tradidi, religiosissime servant, ita ut nullam exceptionem me observasse meminerim præterquam Hel. 1648. ἀφίστασθ'. Detracta litera, lege,

Οἶπερ ἡ δίκη κελεύει μ'. ἀλλ' ἀφίστασ' ἐκποδών.

Postquam igitur breviter monuero, cæsuram uno tantum in loco, Philoct. 1402. violari,

Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν, ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος,

quem corruptum esse cum non dubitem, medicis sanandum commendo[ξ], ad anapæstos accedam.

ν. Licet certe, Vir summe; neque tamen omnino expedit. Quid est enim iste "trochaicus senarius?" Nempe senarius, non trochaicus, sed iambicus, trochaico tetrametro decerptus: quod ideo monendum duxi, quia lectores neque paucos neque indoctos video ambiguam hanc dictionem fefellisse. Fuere qui Phœniss. v. 616.

ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος—καὶ γὰρ ἦλθες ἐξελῶν—

mutatum voluerint in πατρίδος ἐξελαυνόμεσθα, quasi scilicet huic legi adversantem: quæ tamen anapæstum illum πατρίδος non e trochaico versu eliminat; et si creticum ἐξελαυ- initio detrahas, reliquum habes senarium iambicum, quo puriorem non est cur requiras. Porro in Pers. 176. anapæstum (-λεα πιστ-) ipse Blomfieldius, qui hunc nostri versum olim correxerat, merito intactum dimisit.

ξ. Opusc. p. 197.

Sed antequam ulterius pergo, tirones rogatos volo, ut discrimen versuum Tragicorum et Comicorum paullo diligentius animadvertant. Tragici scilicet, si quid veri in iis, quæ modo disputavi, inest, anapæstum, nisi in primo senarii pede, et nominibus propriis, rarissime vel nunquam adhibebant; rarissime versus cæsura carentes scripsere; rarissime, si unquam, spondeum in quinto loco inter duo verba hypermonosyllaba divisere, dactylum certe in eodem quinto pede nunquam posuere. Sed hæc omnia Comici libentissime sibi in senariis permisere; et horum pleraque in Trochaicis. In illis nempe cæsuram neglexere; quintum pedem in trochaico senario aut dactylum faciebant, aut, si spondeus esset, pro arbitrio distribuebant.

Aristoph. Vesp. 973.

Κατάβα, κατάβα, κατάβα | κατάβα, καταβήσομαι.

Plut. 2. Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος | δεσπότου·

55. Πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμὸν ἡμῶν | ὅ τι νοεῖ.

Nub. 580.

Μηδ' ἐνὶ | ξὺν νῷ, τότ' ἢ βρον | τῶμεν ἢ ψεκάζομεν.

577. Πλεῖστα γὰρ | θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις | τὴν πόλιν.

581. Εἶτα τὸν | θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην | Παφλαγόνα.

Sed rarissima omnium sunt exempla, ubi quintus pes dactylus sit; quædam tamen non dubiæ fidei, ut,

Vesp. 459.

Ἀλλὰ μὰ Δί' | οὐ ῥᾳδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυγες.

Philemon Stobæi xxx.

Οὔτε γὰρ | ναυαγὸς, ἂν μὴ γῆς λάβηται φερόμενος.

Antiphanes Athenæi xiv. p. 654. F.

Ὄψεται 'κ τούτου πονηροὺς πέντε παῖδας γεγονότας·

et pauca alia. Ubi tamen aut MSS. ope, aut solenni mutatione, dactylus tolli potest, inde tollatur oportet. Recte Bentleius in Nub. 575. πρόσχετε pro προσέχετε reponit:

Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ, δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε.

Scribendumne sit πρόσχετε an πρόσσχετε, alias fortasse disquiram. Sed insurgit Brunckius, Addend. ad Nub. 916. aitque, "pedem tribrachyn ante syllabam catalecticam tetrametrum trochaicum admittere." Verum sane hoc; non tamen ideo admittendus est iste pes, si tuto vitari potest. Sed

quæstionis statum non intellexit Vir doctissimus. Dicere debuerat, "pedem dactylum ante finalem iambum tetrametrum trochaicum admittere." Et hoc, ut dixi, aliquando faciunt Comici, sed pudenter et raro; tribrachyn vero ante finalem tetrametri trochaici iambum non solum Comici, sed etiam Tragici admittunt.

Phœn. 618.

Ἀνόσιος πέφυκας. ἀλλ' οὐ πατρίδος, ὡς σὺ, πολέμιος.

Ion. 1273.

Μὴ θανεῖν· κλοπῇ δ' ἀφῖγμαι, διαφυγοῦσα πολεμίους.

Aristoph. Eq. 319.

Κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸ, νὴ Δί', ὥστε καταγέλων.

Vesp. 341.

Τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ Δημολογοκλέων.

Av. 282.

Ἀλλὰ χοὖτος ἕτερος. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔστι Φιλοκλέους.

Menander Athenæi VI. p. 248. B.

Ὡς ὀκνηρὸς, πάντα μέλλων, σιτόκουρος, ὁμολογῶν
Παρατρέφεσθαι.

Sed hoc Tragici et Comici tetrametri trochaici commune est, ut neuter usquam dactylum recipiat, nisi in proprio nomine; quod paucis ostendere operæ pretium fortasse fuerit. Ut tamen chartæ et tempori parcam, loca adscribam, prout legi debent.

Eq. 282.

Νὴ Δί', ἐξάγων γε τἀπόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας.

Vesp. 1057.

Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι.

1260. Οὗτος ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον, ἀντὶ μήλου καὶ ῥοᾶς.

Sic pro ὅντιν' habent secunda Juntina et Suidæ v. Ἀμυνίας editio Kusteriana. Suidas Med. et Ald. ὃν prope verum.

Pac. 586.

Ἦσθα γὰρ μέγιστον ἡμῖν κέρδος, ὦ ποθουμένη.

Eccl. 1148.

Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως διὰ τὸ γελᾶν κρίνειν ἐμέ.

Quod ad anapæstos attinet, satis notum est, dimetros frequentissimum esse genus; monometrum tamen aliquando interponi, legitimum vero systema semper versu parœmiaco, qui dicitur, ex tribus pedibus et syllaba composito claudi.

Dactylum et spondeum creberrime pro anapæsto adhibent; sed rarissime proceleusmaticum: rarissime etiam dactylo anapæstum subjiciunt. Sicubi hiatum Tragici relinquunt, tum vocalem vel diphthongum necessario corripiunt, ut, μοῦσα καῐ ἡμῖν, λείπεταῐ ὑμῶν, Med. 1081. Troad. 603. Metra sive dipodiæ tum maxime numerosos versus efficiunt, cum in integras voces desinunt, præterquam in versu catalectico, qui tum maxime auribus placebit, cum hexametri dactylici finem constituet. Nonnunquam vero et is dactylum admittit in primo loco, ut Med. 1085. Οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Hipp. 240. Καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.

Accuratissime plerumque dimetrorum anapæsticorum leges servant Comici; interdum, sed raro, Aristophanes duo versus confudit, Vesp. 750; interdum, sed in proprio nomine, Γλαυκέτῃ dactylum fecit, Pac. 1008. Sed ut vere loquar, hæc materia tam copiosa, in tot partes diffusa est, ut facilius initium quam exitum inveniat oratio. Unam igitur Anapæstorum partem illustrare conabor, scilicet Aristophanicorum.

Anapæsticus Aristophanicus constat duobus dimetris Anapæsticis, quorum unus est alteri catalecticus:

Plut. 487. Ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς—
—Σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηνδί.

In tribus prioribus locis præter anapæstum et spondeum dactylo utuntur; quod et in quinto licet; in quarto et sexto non licet. Cæsuram non minus accurate servant, quam Tragici Trochaici: paucissimæ certe exceptiones hodie occurrunt; quæ enim olim exstabant, maximam partem MSS. et Critices ope sublatæ sunt. Unum et alterum exemplum dabo, in quibus adhuc mendum hærere videatur.

Av. 601.
Τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασι· λέγουσι δέ τοι τάδε πάντες.

Brunckius conjicit, οὗτοι γὰρ ἴσασ'· εἴγε λέγουσιν τάδε πάντες. Malim, ὥστε, quod frequens est in conclusione, ut supra 485. 488. 596. Nub. 613.

Vesp. 566.
Κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει.

Recte Brunckius γε addidisse videtur, cujus usus exempla aliquot modo attuli. Sed ἀναπειθώμεθα, quod ille corrigit, dactylum relinquit in quarta sede; quem tamen facillime

tolles, reponendo *ἀναπεισθῶμεν, τά γε π.* Sed alii hujus generis versus sunt, qui in hanc legem peccant. De iis quos quidem observarim, mox videbo. Interim de cæsura loquamur.

Ach. 645.

Ὅστις παρεκινδύνευσεν Ἀθη | ναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια.

Etiam in hoc versu constituendo leviter erravit Brunckius: corrigit enim,

Ὅστις παρεκινδύνευσε λέγειν ἐν Ἀθηναίοις.

Nihil opus *εἰπεῖν* mutare, sed in locum suum reponere, et legere,

Ὅστις γ' εἰπεῖν παρεκινδύνευσ' ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.

Attici post *ὃς* et *ὅστις* particulam eam emphaseos gratia addere solent, cui quodammodo respondet Latinorum *quine.* Ran. 751. *πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας, Ὅστις γε πίνειν οἶδε;* vide et 1215. Thesm. 895. *Ὅστις γε τολμᾷς σῆμα*—Paullo tamen antea omnes fere editiones habent, *Ὅστις ἀκούσας*—, ubi tacite *Ὅστις γ'* edidit Brunckius. Eadem phrasis paullo corruptior latet in eadem fabula 713. *Δεινὰ δῆθ' ὅστις γ' ἔχει μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον.* Vulgo *ὅτι γ'*, MS. Rav. *ὁτιήγ'.* Pherecrates apud Schol. ad Pac. 748. *Ὅστις αὐτοῖς παρέδωκε τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας.* Lege *Ὅστις γ'* et *παρέδωκα.* Verba sunt Æschyli de se loquentis eodem fere modo, quo loquitur apud Aristophanem Ran. 1045. et seq.

Præterea observandum est, cæsuram eadem lege teneri, quam de tragico trochaico dixi: ut scilicet ne fiat in præpositione vel articulo. Atque hæc regula non sæpe, ne a librariis quidem, violatur.

Nub. 371.

Νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι τῷ | νυνὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας.

Ran. 1058.

Εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας μετὰ | τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα.

Ach. 636.

Πρότερον δ' ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἀπὸ | τῶν πόλεων ἐξαπατῶντες.

Horum exemplorum primum longe numerosius fore, si secundam versus partem ita legemus, *τῷ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας,* nemo inficiabitur. *Τῷ νῦν λόγῳ* habet Suidas, sed, si hunc locum respexit, male interpretatur *ποίῳ.* Utcunque hoc sit,

revocanda est particula, quæ cum parum necessaria librariis visa esset, haud mirum si elapsa est:

Νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι δὴ | τῷ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας·

ut in Ran. 1079. Ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν. Νὴ τὸν Δία, τοῦτό γε τοι δή. In Eq. 784. similem errorem notandi occasio mox veniet.

In Ran. 1058. Brunckius, εἶτα μετὰ τοῦτο (vel codicum ταῦτα) tautologum esse causatus, in κατὰ ταῦτ' mutat. Nihilo magis tautologum, Vir præstantissime, quam εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις Nub. 971. et similia: nihilo magis tautologum quam Av. 811. ΕΙΤΑ τοῖς θεοῖς Θῦσαι ΜΕΤΑ ΤΟΥΤΟ, aut illud Philemonis apud Stobæum p. 395. ed. Grot. ΕΠΕΙΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤ' εὐθὺς εὑρέθη θανών. Sosipater Athenæi IX. p. 378. B. ΕΠΕΙΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤ' εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν. Sed sive μετὰ τοῦτο legis, sive κατὰ ταυτὰ, numeri sunt pessimi, quod et ipse Brunckius in simili versu Ach. 636. sensit. Articulum τοὺς omittunt tres MSS. quos ipse contuli, neque dubito quin cum iis conspirent alii. Ergo legendum,

Εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ ταῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα.

Fortius est hoc, quam simplex ἐδίδαξα· deinde melius junguntur διδάξας ἐξεδίδαξα· porro hoc ipsum mendum paullo ante corrupit cæsuram versus 1051. quem ex MSS. restituere editores.

In Acharnensium versu aliquid turbatum esse vidit, quo erat aurium sensu, Kusterus, cui hactenus assentitur Brunckius, ut fateatur concinniores fore numeros, si legatur, Πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐ. Sed concinniores etiam fient, transpositione leniori: Πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ π. ἐ. In eadem versus sede mox occurrit ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐκ τῶν πόλεων, Plut. 567. Ran. 1042. ἐν ταῖς πόλεσιν, Vesp. 655. ἀπὸ τῶν πόλεων.

Proceleusmaticum ab hoc anapæstico semper excludendum esse, jamdudum monui in Appendice ad Toupium. Et ubicunque tolli potest tantilla mutatione, quanta est πρόσχετε pro προσέχετε, quis tollendum negabit, nisi qui digitos solos, non aurem, consulat? In Vesp. 1010. codex Brunckii πρόσχετε obtulit, sed neglexit ille: quod magis miror in eo, qui Nub. 980. optime e MSS. Διπολιώδη restituerit. Sic etiam dixere Attici Δίφιλος, non Διίφιλος.

Sed præter loca jam memorata, dactylum in cæsura ha-

bent sequentia: Nub. 325. Vesp. 349. 396. 671. Quorum secundus et quartus facillime expedientur: primus et tertius majorem attentionem postulant.

Ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν | οἷός τ' εἴης διορύξαι.
Οἱ δὲ ξύμμαχοι, ὡς ᾔσθοντό γε | τὸν μὲν σύρφακα τὸν ἄλλον.

Lege in illo, vocibus transpositis, οἷός τ' ἔνδοθεν εἴης δ. In altero ineptum istud γε omittit Ravennas. Genuinam verbi formam ᾔσθηνται conservavit Suidas v. Λαγαριζόμενον, v. Τραγαλίζοντα, et diserte in Ἠίσθηνται. Hac forma sæpe utitur Plato; utitur Tragicus Rhes. 673. Euripides Orest. 1583. (1566.) Troad. 639. Etiam in Bacch. 605. restituendum ᾔσθησθε, non ᾔσθεσθε. Quod ad Vesp. 396. attinet,

Αὐτὸν δήσας. ὦ μιαρώτατε | τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει,

is eo nomine præterea vitiosus est, quod anapæstum dactylo statim subjicit. Id in hoc versuum genere non licere supra innui. Exempla, quæ ex emendatione in contrariam partem afferri possunt, nihil ad rem faciunt. Eximenda igitur numero Vesp. 568. Av. 520. editionis Brunckianæ. Eximenda etiam loca, ubi βοϊδαρίω occurrit, quippe qui pes choriambus sit: Av. 586. Fragm. apud Ammonium v. Χολάδες. Cum enim semper Attici contracte dicant βοίδιον, νοίδιον, ῥοίδιον, διπλοίδιον, ἡμιδιπλοίδιον, προχοίδιον, ut pluribus ostendit Piersonus ad Mœrin p. 276, consequens est, ut contracte quoque secunda diminutiva dicant. Quare, sublatis punctis, in posterum legamus,

Μὴ. πρίν γ' ἂν ἐγὼ τὼ βοιδαρίω τὼ 'μὼ πρώτιστ' ἀποδῶμαι.
Ἢ βοιδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεῦγος, χολίκων ἐπιθυμῶν.

Nec major difficultas fragmento Babyloniorum inest, quod citat Harpocration v. Ἐπιβάτης·

Εὖγ' ἐξεκολύμβησεν ἐπιβάτης, ὡς ἐξοίσων ἐπίγυον.

Si quis cum Brunckio de metrica ultimæ vocis quantitate dubitat, is cum Harpocrationis MSS. Mediceo et Galeano legere potest ἐπίγειον. Sed altera vox penultimam proculdubio producit, cum sit contracta ex ἐπιγύαιον. Adde articulum, et integerrimum anapæsticum habebis:

Εὖγ' ἐξεκολύμβησ' οὐπιβάτης, ὡς ἐξοίσων ἐπίγυον.

In Pac. 732.

Ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει,

(sic Ald. et ambæ Juntinæ,) ex uno MS. edidit Brunckius λόγον et ἔχει γε. Verum particula eo loco inepta prorsus est et inutilis. Pro χὤσα τε νοῦς, quæ scribere non poterat Atticus, si χὤσα γ' ὁ νοῦς rescribes, alio modo versus finem constituere necesse erit, quam fecit Brunckius. Alter ejus codex et Ravennas pro secunda versus parte tantummodo ὅσα τε νοῦς ἔχει. Gravissimum profecto huic versui jam a multis seculis vulnus impressum est: si vero priorum verborum sanitatem defendes, ordinem modo mutabis, ὁδὸν ἣν ἔχομεν, et numeri optime constabunt.

Verum hoc quoque versu, prout vulgatur, relicto, longe immodulatior esset is, si ullo modo tolerari posset, qui dactylum Ionico a minori in fine præpositum haberet. Duo tamen hujusmodi monstra peperit fecunda librariorum inscitia.

Plut. 510.

Εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτόν.

Av. 491.

Σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφιταμοιβοὶ, τορνευτασπιδολυροπηγοί.

Irascor tarditati Virorum doctorum, præcipue Kusteri, qui in alio versu infra 583. vitium cognatum tam acute viderit et dextre sustulerit, hoc loco vitium levissimum omnino præterviderit. Irascor codici Ravennati, qui toties quidem alias mihi mea præripuerit, nunc vero eandem lectionem, quam e Suida me Comico redditurum putabam, impudenter sibi arrogarit:

Εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέν τ' ἴσον αὐτόν.
Σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφιταμοιβοὶ, τορνευτολυρασπιδοπηγοί.

Erravit igitur Dawesius, cum in Nub. 325. conjecit,

Ὡς οὐ καθορῶ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. Ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτάς·

addens, "Versus quidem ita emendatus non est inter maxime numerosos: sed est tamen legitimus." Deinde hanc sententiam quodammodo mitigat, corrigendo, Ἤδη ὁρῶ νῦν μόλις αὐτάς. Sed illud αὐτὰς incommode additur, dum hæc verba Strepsiades loquitur, qui versus initio non addiderit. Superscriptum pro interpretatione in uno MS. vidi: in textu quidem habet MS. Ravennas, sed idem contra sensum ὁρῶ omittit. Quod habet MSS. fere dimidia pars, ἀθρῶ probant Kusterus et alii; in textum intulit Brunckius, διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη. Sed felicius hoc compositum restituit Thesm. 665. Præterea

metro coactus ἔσοδον scribit, quod nunquam apud Comicos, ut neque quicquam aliud nomen ab ἐς compositum, reperitur. Rarissime omnino, et vereor ne in locis tantum mendosis, ἐς ante vocalem usurpant. At μόλις ἀθρῶ, præterquam quod licenter priorem producit, cum Dawesio opinor non dici posse pro μόλις ὁρῶ. Bentleius contra tempora, si non contra metrum, ἑώρων. Quid igitur hoc versu faciendum? Primo varias lectiones videamus. Olim vulgatæ editiones, ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ. MSS. quidam pro νῦν habent νῦν καὶ, alii νυνὶ, in quibus quatuor, quos ipse inspexi; ἀθρῶ pro ὁρῶ multi; utroque omisso Ravennas, ἤδη νυνὶ μόλις αὐτάς. Equidem, si quis ex dissensu Codicum arguat, hunc locum jam ante eorum ætatem fœde corruptum fuisse, et veritatem in puteo latere, non vehementer negem. Sin quis e MSS. vestigiis quid eliciendum censeam, requirat; respondebo, me totam sententiam Socrati continuare malle et legere, ΣΩ. Νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν εἴσοδον ἤδη. Νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς—In quo addidi βλέπε e v. 322. Βλέπε νῦν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθα. Jocus est Comicis antiquis solennis, ut actorem personæ, quam agit, oblivisci faciant, et de theatro aut spectatoribus, quasi imprudentem, loqui. Εἴσοδος autem est ea theatri pars, qua Chorus scenam intrat. Vide Av. 297. et Schol. Ergo Socrates, Strepsiade querente se Nubes non videre, respondet, *Nunc tandem quam maxime oculos contende, et ad theatri introitum specta; nunc enim tandem eas vides.* Μάλ' ἀθρεῖν dicitur, ut μάλ' ἀπαυδᾷν et μάλα δάκνειν, Ran. 372. 888. Denique πρὸς τὴν εἴσοδον accurate respondet verbis præcedentibus, πρὸς τὴν Πάρνηθα. E duobus optimæ notæ MSS. a me collatis, πρὸς adoptavi pro παρὰ, quam varietatem e nullo codice adhuc enotatam esse profecto mirum.

Ad Vesp. 396. redeo,

Αὐτὸν δήσας. ὦ μιαρώτατε, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει.

Notaram quædam exempla, sed hodie non sunt in promptu, ubi ἄνδρες omittitur[o], et quædam, ubi superlativa pro positivis substituuntur. Memini tantum in Lysistr. 616. ἄνθρωποι habere plerasque editiones, ἄνδρες Brunckianam ex MSS. neutrum Suidam v. Ἐπαποδυώμεθα. In versu Epigonorum, Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι, citando, ἀνδρῶν

o. Vide Dobr. Adv. T. II. p. 57.

omittit Larcherus ad Herodot. IV. 32. ed. utr. Aristoph. Eccl. 742. ἀνὴρ, in edd. plerisque omissum, addunt Junta, codex Brunckii, et, ut puto, Rav. Cratinus Athenæi II. p. 68. A. Γλαῦκον οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρὸς ἐστὶν ἀρτῦσαι καλῶς. Sic legendum, addito quod exciderat, ἀνδρός. Idem Suidas in Plut. 1026. pro φίλ' ἄνερ habet φίλτατ' ἄνερ, quod male ad 788. refert Brunckius. Jam, credo, lector, ipse per te suspicaris, me legere velle, ὦ μιάρ' ἀνδρῶν. Et recte suspicaris. Eodem modo dixit Theocritus XV. 74. φίλ' ἀνδρῶν, Callimachus apud Suid. v. ἐπαύλια, πρηεῖα γυναικῶν. Eodem modo sæpius dixit Aristophanes ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, qui et ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων Ran. 1520: denique ὦ σχέτλι' ἀνδρῶν in eadem anapæstici sede Ran. 1081.

Unum in tironum gratiam verbum addere libet. Nemo nescit, dissolutos pedes hoc versuum genus amare, ut scilicet, si commode fieri possit, singulæ dipodiæ integris verbis absolvantur. Sed hanc regulam, quam nimii laboris esset constanter servare, non raro negligebant, ut Plut. 519. 570. 584. Hoc tamen cavebant, ne, si secundus pes dactylus esset, tertius spondeus, ultima dactyli syllaba iambicam vocem aut bacchiacam inchoaret. Quod sane, ab aure admonitus, bene notavit Brunckius ad Eccl. 514. Ξυμβούλοισιν ἁπάσαις | ὑμῖν, et corrigit πάσαις. Rectissime vulgatur Nub. 400. Ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει. Omittit γε Demetrius; unde si quis præferret, Ἀλλὰ νεὼν τὸν ἑαυτοῦ | βάλλει, versum efficeret, qualem neque scripsit Comicus quisquam, neque scribere potuit. Eq. 505. Ἠνάγκαζεν ἔπη | λέξοντας γ' | εἰς τὸ θέατρον παραβῆναι. Et hunc locum viginti fere abhinc annis emendandum monui ex argumento ad Nubes: Ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θ. π. Eq. 784. Τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς | ἔστιν. Veteres editiones omnes omittunt ἔστιν, et post γε addunt σου. Ex Æmilii Porti editione casu excidit σου, Kusterus, neque MSS. neque editionibus inspectis, ἔστιν intrusit, quod et Brunckius retinuit. At quid facilius, quam particulam pene sensui necessariam ad metrum complendum adjicere? Vide supra p. 35.

Τοῦτό γε τοί σου τοὖργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον.

MS. Ravennas satis corrupte, sed ita ut hanc correctionem stabiliat, Τοῦτό γε τοί τ' ἀληθῶς αὖ τοὖργον γ. κ. φ.

Licentia, quæ maxime in Aristophanico anapæstico conspi-

citur, est ea, qua vocalis longa vel diphthongus ante vocalem corripitur, ut *χρυσίου ὄντος*, Plut. 528. Alteram licentiam, qua ob mutam et liquidam producitur syllaba, rarissime admittunt, idque partim ex necessitate, partim cum alios poëtas vel citant vel imitantur. Cum igitur primam syllabam in *ὑγρᾶν* producit Aristophanes, Nub. 334. Dithyrambos ridet; cum Homeri verba usurpat, Homerico metro utitur, Nub. 400. Καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνέων. Vesp. 650. Ἀτὰρ, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη. ubi non "anapæstorum licentia," ut putat Brunckius, sed quod Homeri verba sunt, producitur ultima pronominis syllaba. Male etiam casu edidit Brunckius *ἀλλὰ* pro *ἀτὰρ*, quem secutus est Invernizius. Nec dubito quin in Nub. 319. Vesp. 676. Tragicorum aliquem, Euripidem opinor, ob oculos habuerit. Ex necessitate vero hujusmodi syllabas producunt Comici, cum nomina propria non aliter in versu stare possunt. Ideo Κεβριόνα et Κυπρογένεια primas producunt Av. 554. Lysistr. 551.

Corollarii instar duo exempla hujus metri addam, ut adolescentium ingenia ad talia animadvertenda, si possim, excitem. Eorum prius ita exstat in Hesychio: Παλινδορία. τὸ σκῦτος. Πλάτων Σύρφακι καὶ Μωμοθήρᾳ. παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω. Unde titulus fabulæ Platonicæ, Μωμοθήρας, in Meursii Bibliothecam Atticam immigravit. Sed hoc e Marci Musuri liberalitate provenit. MS. enim Venetus, teste Schowio, cui hoc nomine plurimum debemus, Πλάτων συρφακίσαι, μνωμοχθῆραι παλινδορία π. α. κ. Παλινδορία est corium solito crassius et durius, quod calceis usu detritis suppingitur. Lege igitur, Πλάτων Σύρφακι·

Σὲ μὲν, ὦ μοχθηρὲ, παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω.

Vides versum rotundissimum, fabula ista Momothera procul ablegata.

Scholiastes Pindari ad verba ista Olymp. VI. 152. Βοιωτίαν ὗν, observat, sues vocatos olim Bœotos; et, præter alium Pindari locum, Cratini hoc testimonium adducit,

Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτικὸν πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Gatakerus nostras, Vir longe doctissimus, sub illo *πεζοφόρον* latere vidit *κρουπεζοφόρον*, quod e Polluce VII. 87. sagaciter reposuit. Verba Pollucis, ut jam emendata sunt, apponam: Κρουπεζοφόρους δ' εἶπε τοὺς Βοιωτοὺς Κρατῖνος, διὰ τὰ ἐν αὐλητικῇ κρούματα. Hinc Gatakerus elicit, Οὗτοι δ' εἰσὶν

υοβοιωτικοὶ κρουπεζοφόρων γένος ἀνδρῶν. Sed quis non optarit Criticos primores aliquando ad minutias paullo magis attendisse? Si Vir summus ceteris suis eximiis dotibus mediocrem metrorum peritiam addidisset, statim vidisset, illud *κρου* in præcedenti verbo latere, neque opus esse legi *κρουπεζοφόρων*, sed versum ita esse constituendum:

Οὗτοι δ' εἰσὶν Συοβοιωτοὶ, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Hesychius: *Συοβοιωτοί. οἱ Βοιωτοὶ σύες* [*ἐκαλοῦντο*]. Photius Lex. MS. *Συοβοιωτοί. σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ πάλαι Βοιωτοί.* Hunc ipsum Cratini locum uterque respexit. Idem verbum iterum usurpasse videtur Cratinus apud Scholiasten Aristophanis Pac. 740. *Ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγειν καὶ ταῦτα σκώπτοντος, οὐ Βοιωτόν ἐστιν.* Neque verba neque metrum satis expedire possum: sed illud video, pro *οὐ Βοιωτὸν* legendum *συοβοιωτῶν*.

(F) Qui generales quasdam vel grammaticas vel metricas ab antiquis scriptoribus regulas constanter observatas contendunt, ii uno maximo incommodo laborant, cum ad objectiones refellendas ventum est. Sæpe enim fit, ut editorum negligentia varias lectiones omiserit, adeoque veri vestigia, quantum in ipsis fuerat, suppresserit. Quare si in quibusdam locis corrigendis erravi, veniam facile me impetraturum spero, maxime gavisurus, si MSS. vel Grammatici meliora meis subministrabunt. *Καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον.* Satis igitur erat in Sophocl. Aj. 524. vulgatæ lectioni controversiam e Suida movisse. Postea duorum Parisiensium Suidæ codicum collationem nactus sum; quorum unus habet cum principibus editionibus, *Οὐκ ἂν γένοιθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ*, alter (Kusteri scilicet MS. A.) *Οὕπως γένοιτ' ἂν οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.* Sed cum ex Augustano codice Hermannus Præf. ad Hec. p. 65. protulerit, *Οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος.* (unde depravata videri possit edd. Med. Ald. et unius MS. Par. lectio,) non equidem intercedam, quo minus hoc adoptes. Sic in Æschylo Suppl. 800. veterum editionum lectionem indicare contentus, nihil ultra quærebam. Male repetitam alioqui particulam *δὲ* fore qui culparent, prævidere poteram, sed a proposito digredi nolebam. Illa *δὲ* adversativa est. et idem fere valet quod *ἀλλά*. Sensus est, *Utinam mihi sedes esset in æthere, sed sedes ejusmodi, ubi nubes aquosæ in nivem*

vertuntur: nempe ne Deorum vitam optare videretur, his verbis Chorus votum suum temperat. Si tamen particula omnino ejicienda esset, versus ita corrigi deberet, Πρὸς ὃν χιὼν ὑδρηλὰ γίγνεται νέφη.

Hæc habui, Adolescentes optimi, quæ de communibus metrorum generibus traderem. Ea si quid vobis fructus aut voluptatis afferent, me, quantum laboris insumserim, non pœnitebit.

ΕΚΑΒΗ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΚΑΒΗΣ.

Μετα τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν ἀντιπέραν Τρῳάδος Χεῤῥόνησον καθωρμίσθησαν. Ἀχιλλεὺς δὲ νυκτὸς ὁραθεὶς, σφαγῆναι ἠξίου μίαν τῶν Πριάμου θυγατέρων. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες, τιμῶντες τὸν ἥρωα, Πολυξένην, ἀποσπάσαντες Ἑκάβης, ἐσφαγίασαν. Πολυμήστωρ δὲ, ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς, ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον κατέσφαξεν· εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστωρ εἰς παρακαταθήκην μετὰ χρημάτων. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχεῖν αὐτοῦ βουλόμενος τὸν πλοῦτον, φονεύειν ὥρμησε, καὶ φιλίας δυστυχοῦς ὠλιγώρησεν. ἐκριφέντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θεασαμένη ἐπέγνω· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι, Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ ὡς ἑαυτὴν μετεπέμψατο, κρύπτουσα τὸ γεγονὸς, ὡς θησαυροὺς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ αὐτῷ. παραγενομένου δὲ τοὺς μὲν υἱοὺς κατέσφαξεν· αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγουσα, τὸν κατήγορον ἐνίκησεν. ἐκρίθη γὰρ οὐκ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα.

Hoc argumentum e membranis edidit Brunckius: multo prolixius dederat Aldus.

CODICUM INDEX,

QUOS, AUT AB ALIIS AUT A ME INSPECTOS,
AD HANC FABULAM ADHIBUI.

A. MS. Par. 2712. quæ sunt Brunckii membranæ, a Musgravio, deinde diligentius a Brunckio, collatus.

Aug. 1. 2. 3. Augustani tres apud Hermannum. Quarti fragmentum continet tantum 17 versus, 1261—1277.

B. Variæ lectiones e MS. notatæ in Aldinæ exemplaris margine, quod mecum communicavit Vir doctissimus et amicissimus, Carolus Burneius junior.

C. MS. Collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, cujus usum mihi humanissime concessere Collegii ejus Magister et Socii.

Cant. Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis, notatus Mm. 1. 11.

Cott. Excerpta e MS. quodam Cottoniano, Barnesianæ margini in Bibliotheca Bodleiana adscripta.

E. Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis, notatus Nn. 3. 13.

F. Fragmentum Hecubæ in eodem volumine, a versu 712 ad finem cum E. plerumque consentiens.

G. Parisiensis, cujus lectiones quasdam enotavit amicus meus.

H. MS. Harleianus 5725. in Museo Britannico.

J. Harleianus 6300. ibidem.

K. Regiæ Societatis codex recentior, Kingio optimus vocatus.

L. MS. Ayscough. 4952. in Museo Britannico.

M. N. duo exempla in eodem volumine Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis, notato Nn. 3. 14.

Mosq. 1. 2. 3. 4. MSS. quatuor Mosquenses apud Beckium.

P. vel Lib. P. liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSS. collatus, unde varias lectiones excripsit Musgravius.

R. Alter Regiæ Societatis codex.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

ΕΚΑΒΗ.

ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ ΑΥΤΟΥ.

ΕΚΑΒΗ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
σὺ δ', ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.
βούλει πεσεῖν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν
γέροντα χρῶτα, πρὸς βίαν ὠθουμένη,
ἀσχημονῆσαί τ', ἐκ νέου βραχίονος
σπασθεῖσ'; ἃ πείσει. μὴ σύ γ'· οὐ γὰρ ἄξιον.
ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα
δὸς, καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρηΐδι·
ὡς οὔ ποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον,
ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.
τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.

398. ὅμοια emendatio est Reiskii pro ὁποῖα, quod habent Aldus et MSS., a Brunckio et Beckio recepta. Pro ὅπως B. οὕτως.—Sed re perpensa, huic emendationi diffidere cœpi, et vulgatam defendi posse hodie censeo. Plerumque quidem ὅπως vel ὅπως μὴ cum secunda persona, aliquando cum tertia construitur, rarius cum prima. Aristophanes Eccles. 296. Ὅπως δὲ τὸ σύμβολον λαβόντες ἔπειτα πλησίοι καθεδούμεθα. Plene dixit post paullo, Ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομαι τούσδε τοὺς ἐξ ἄστεος. Antiphanes Athenæi III. p. 123. B. Ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδέν' ὄψομαι. Retinenda etiam videtur vulgata Troad. 147. lectio, frustra a Musgravio sollicitata: Μάτηρ δ' ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν Ορνισιν, ὅπως ἐξάρξω 'γὼ Μολπάν.

399. Sic plerique codices et Schol. Aldi lectio, Οὐ μήν γε, vel hoc nomine vitiosa est, quod post Οὐ μὴν addit γε, nullo alio verbo interposito. Vide ad Phœniss. 1638. In Bacch. 852. lege, Οὐκ ἠθέλησε.

401. Ald. μιν male. Alterum MSS. fere omnes.

404. σύ τ' habent codd. quidam.

408. ἃ πείσει. Supple τοῖς κρατοῦσιν εἰ μαχεῖ.

411. πανύστατα Ald. Hiatum tollunt multi MSS. et Alc. 205. ubi idem distichon repetitur.

413. δέχου Ald. edd. Sed δέχῃ (vel δέχη) Mosq. 1. 4. Cant. G. H. L. M. N. R. Eumath. VI. p. 202. δ' ἔχῃ C. E. δ' ἔχου pro var. lect. C. E. licet C. γρ. non præponat. τ' ἔχει Mosq. 3. δ' ἔχει Aug. 2. pro var. lect. C. H. uterque. Edidi igitur δέχει. Vide quam librarios exercuerit Attica forma, et confer Orest. 404. ubi ἀποτρέπει a manu prima habet E.

ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω.
ΕΚ. ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν;
ΠΟΛ. ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν.
ΕΚ. οἰκτρὰ σὺ, τέκνον· ἀθλία δ' ἐγὼ γυνή.
ΠΟΛ. ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.
ΕΚ. οἴμοι, τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον;
ΠΟΛ. δούλη θανοῦμαι, πατρὸς οὖσ' ἐλευθέρου.
ΕΚ. ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοροι τέκνων.
ΠΟΛ. τί σοι πρὸς Ἕκτορ' ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;
ΕΚ. ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.
ΠΟΛ. ὦ στέρνα, μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως.
ΕΚ. ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλία τύχης.
ΠΟΛ. χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε, Κασάνδρα τ' ἐμὴ,
ΕΚ. χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε.
ΠΟΛ. ὅ τ' ἐν φιλίπποις Θρῃξὶ[ι] Πολύδωρος κάσις.

421. Ante Brunckium erat, ἡμεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμοιροι δὴ τέκνων. Is ex membranis edidit, Ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοιροι τέκνων. Nunc Ammonium audi: "Sed jure huic mutationi, *quam nulli confirmant codices*, se jam objecit Steinbrychel." Ipse tamen, quæ est ejus vel peritia vel diligentia, edidit ἄμμοιροι, spondeorum stabilium, ut opinor, amore captus. Qui alibi ad MSS. Mosquenses provocat, quomodo ignorare potuit in 1. 3. ita legi hunc versum, Ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμοιροι τέκνων? quibuscum consentiunt E. R. δὴ omittunt L. N. Aug. 1. et a m. prima 2. Cum vero ἄμμοιροι verbum sit suspectæ fidei, meliorem lectionem quam quæ edita est ab ipso Brunckio, ei tribuit Beckius, ἄμμοροι. Totum versum, ne quid dubites, ita ut edidi, totidem apicibus exhibet Eustathius ad Iliad. Z. p. 639, 57 = 499, 6.

425. Valde invenustum est duplex epitheton, ἀώρου ἀθλίας. Detraxi igitur literam, suadente Marklando ad Iphig. T. 1490. Orest. 1028. Ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου, Θανάτου τ' ἀώρου.

426. ἐμοὶ Brunckius ex membr. sed ἐμὴ melius, ut puto, MSS. complures. Multi etiam codices χαῖρ' ὦ K. Deinde χαίρωσιν, quod pro χαίρουσιν dedit ex conjectura Kingius, solœcum est, neque poni potest aut pro χαίροιεν, aut pro χαίροιεν ἂν, aut pro χαιρόντων. Illum tamen secuti sunt Brunckius, Beckius, Ammonius. Οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο. In fine τόδε pro χαρά MS. Leid. apud Valckenaer. ad Phœniss. 621. Scholiastes, μητρὶ δ' οὐκ ἔστι τὸ χαίρειν δηλονότι. Cum Leid. consentit J. et supra τόδε habet, ἤγουν τὸ χαίρεσθαι, eleganti Datismo.

ι. Reliquerat Porsonus Θραξὶ, et obsequentem habuerat Schæferum, quamvis uterque sup. 19. et inf. 1249. scripsisset Θρῃκὶ, Θρῃξί. Ego ubique ῃ cum Hermanno et Matthiæo reposui.

ΕΚ. εἰ ζῇ γ'· ἀπιστῶ δ'· ὧδε πάντα δυστυχῶ.
ΠΟΛ. ζῇ, καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.
ΕΚ. τέθνηκ' ἔγωγε, πρὶν θανεῖν, κακῶν ὕπο.
ΠΟΛ. κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ', ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις,
ὡς, πρὶν σφαγῆναί γ', ἐκτέτηκα καρδίαν
θρήνοισι μητρὸς, τήνδε τ' ἐκτήκω γόοις.
ὦ φῶς· προσειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ' ἔξεστί μοι,
μέτεστι δ' οὐδὲν, πλὴν ὅσον χρόνον ξίφους
βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως.
ΕΚ. οἳ 'γώ· προλείπω· λύεται δέ μου μέλη.
ὦ θύγατερ, ἅψαι μητρὸς, ἔκτεινον χέρα,
δός· μὴ λίπῃς μ' ἄπαιδ'. ἀπωλόμην, φίλαι.
ὣς τὴν Λάκαιναν ξύγγονον Διοσκόροιν
Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.

ΧΟ. αὔρα, ποντιὰς αὔρα, στροφὴ α'.
ἅτε ποντοπόρους κομίζεις
θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας,
ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις;
τῷ δουλόσυνος πρὸς οἶκον
κτηθεῖσ' ἀφίξομαι;
ἢ Δωρίδος ὅρμον αἴας,
ἢ Φθιάδος, ἔνθα καλλί-

432. Edd. Barnes. King. male πέπλοις κάρα.

435. Fr. Jacobus legit, ὄμμ' ἔτ' ἔστι μοι. Melius vero compositum composito opponitur, quam simplici. De ὄνομα et ὄμμα vide ad Orest. 1080.

443. πρὶν pro τὴν G. Mosq. 1. in textu, E. in margine. Sed τὴν Eustath. ad Il. B. p. 206, 5 = 156, 8.

444. αὖρα edd. fere omnes. Recte mutavit accentum Kingius, cum secunda hujus vocis producatur. Aristoph. Ran. 317. Αὔρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη. Quem locum citat Scholiastes. Tragicus apud Tatian. p. 35. Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον. Sosicrates apud Athenæum XI. p. 474. B. Αὔρα κόρη Σκείρωνος ἡσύχῳ ποδί.

445. Ἅτις invexere quidam, nimis de metro solliciti.

447. τάλαιναν MSS. quidam, certe N. et pro var. lect. M.

451. Vulgo, ἔνθα τὸν κ. Alii τῶν. Utrumque delevi. Sæpe articuli nullo jure in choros invasere.

στων ὑδάτων πατέρα
φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν,
ἢ νάσων, ἁλιήρει ἀντιστρ. α΄.
κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν,
οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,
ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ,
δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ
ὠδῖνος ἄγαλμα Δίας;
ξὺν Δηλιάσιν τε κούραις
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω;
ἢ Παλλάδος ἐν πόλει στροφὴ β΄.
τᾶς καλλιδίφροι' Ἀθα-

453. τὰς γύας vel γυίας alii. Reduxeram πεδία, quod plerique habent MSS. Quod ad metrum attinet, hoc unum memento, χρυσέαν v. 463. esse disyllabon. Nunc contraxi quatuor versus in duo hendecasyllabos, et delevi τάς[κ].

454. νάσων. Sic postulat metrum; sic habent N. Lib. P. et membr. a m. pr. Alii νᾶσον.

459. Πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ. Hoc ordine omnes, puto, MSS. et omnes ante Brunckium editiones. Is, lectore celato, ut facere solet, cum alienas conjecturas adoptat, ex Heathii emendatione edidit Λατοῖ φίλᾳ πτόρθους. Olivam addit Iph. T. 1108. non Ion. 937.

461. κούραισιν vulgo. κούραις Mosq. 3. Harl. MS. Reg. Soc. et ceteri fere omnes. Quod non moneo, quasi putem in his rebus quicquam auctoritatis MSS. habere; sed ne quis MSS. auctoritate vulgatam lectionem defendat.

465. Pro καλλιδίφρου scripsi Ionice καλλιδίφροιο, ut hiatum vitarem. Mox δαιδαλαίαισι Ald. et 473. τοκέων male MSS. nonnulli.

κ. Aliam etiam ob causam τὰς vel delendum erat vel mutandum, quippe γύη apud Atticos non nisi masculino genere adhibetur. Vid. Elmsl. ad Herac. 839. Idem vir doctissimus ad Bacch. 97. χρύσεαν disyllabon esse negans, contendit potius primam ejus syllabam corripi, quod ex v. 372. ejusdem fabulæ confirmat. Ibi tamen emendatio σκῆπτρα pro Aldina lectione πτέρυγα nimis est violenta; et Aldina satis bene se habet, si modo cum Matth. et Herm. χρύσεα in χρυσέαν mutes. Omnia autem exempla vocis χρύσεος, quæ ad Med. 618. congessit, e choricis sumuntur; et in omnibus, ut opinor, disyllabon esse potest: vix potest non esse in Odyss. Λ. 91. χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν. Si igitur recte statuit Pors. disyllabon esse χρυσέον in v. 463. trochæum φασὶν spondæo antistrophico χρυσέαν respondentem habemus. Cf. Phœn. 1378. ubi χαλκέοις similiter est disyllabon: ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις.

ναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ
ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ-
λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις,
ἢ Τιτάνων γενεὰν,
τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ
κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας;
ὤ μοι τεκέων ἐμῶν, ἀντιστρ. β'.
ὤ μοι πατέρων, χθονός θ',
ἃ καπνῷ κατερείπεται
τυφομένα, δορίληπτος
πρὸς Ἀργείων· ἐγὼ δ' ἐν
ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι
δούλα, λιποῦσ' Ἀσίαν
Εὐρώπας θεράπναν,
ἀλλάξασ' Αΐδα θαλάμους.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου
Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρῳάδες κόραι;
ΧΟ. αὕτη πέλας σου, νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονὶ,
Ταλθύβιε, κεῖται ξυγκεκλεισμένη πέπλοις.

476. Edidit Kingius e K. (*ex codicibus*, ut ipse ait) δορίληπτος[λ], quod et ipse recepissem, nisi codex ille interpolationis suspicionem subinde præberet.—Sed cum ita habeat etiam Aug. 1. tandem recepi. Deinde ὑπ' omittunt MSS. fere omnes; quidam suprascriptum pro interpretatione habent. Edidi igitur quod facile elapsum est propter literas præcedentes. Supra 102. Δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν. Vide infra 762. In Æschylo Theb. 280. ubi δουρύπληθ' Ald. δορίπληθ' MS. Barocc. 231. manifesto legendum δουρίληφθ'. At Robortellus δουρίκτητ' edidit.

480. θεράπαιναν vulgo. θεράπναν, quod metrum postulat, habent membranæ pro varia lectione.

481. Pro genitivo accipiunt Αΐδα Scholiastes et Musgravius. Iota subscribunt editi. Sed in his rebus MSS. frustra appellantur.

λ. In priore scilicet editione dederat δορίκτητος ὑπ', quorum posterius retinet Matthiæus.

ΤΑΛ. ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾷν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην
ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
οὐχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορὶ,
αὔτη[μ] δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ
κεῖται, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.
φεῦ, φεῦ· γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.
ἀνίστασ', ὦ δύστηνε, καὶ μετάρσιον
πλευρὰν ἔπαιρε καὶ τὸ πάλλευκον κάρα.
ΕΚ. ἔα· τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷς
κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λυπουμένην;
ΤΑΛ. Ταλθύβιος ἥκω, Δαναϊδῶν ὑπηρέτης,
'Αγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.

487. ἄλλως omnes MSS. αὐτοὺς ex Reiskii et Musgravii conjectura edidit Brunckius. Sed non eo vitiosa est vulgata, quod ἄλλως et μάτην junguntur. Ipse enim Musgravius in supplemento ex Aristophane protulit εἰκῇ ῥᾳδίως, διακενῆς ἄλλως, διάπαντος ἀεί. Sed deesse pronomen aut nomen videtur; nisi dixeris, ἀνθρώπους supplendum ἐκ κοινοῦ, quod tamen durum esset. Si ἄλλως omnino mutandum est, melius paullo fore videtur ἡμᾶς.

495. ἀλλ' ὅμως θανεῖν ἔχρῃζον citat Hermias Scholiis in Platonem apud Ruhnkenium ad Timæum v. οὐκ ἔτος, ut legisse videri possit, ὅμως δ' ἔχρῃζον ἂν θανεῖν. H. Stephanus quoque Fragm. vet. Poët. Lat. p. 118. ἀλλ' ὅμως θανεῖν citat. Vitio memoriæ uterque. Vertit Ennius apud Nonium v. *Evenat. Senex sum: utinam mortem oppetam, priusquam evenat, Quod in pauperie mea senex graviter gemam.*

499. ἐᾷς Valckenaer. pro ἐᾷ ex Flor. ad Phœniss. 368. improbante ibi Brunckio. Sed sic et Cott. Quod olim negligebam, nunc reposui. Est autem constructio Homerica Il. K. 82. Τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἷος; MSS. enim optimi cum Eustathio οὗτος pro οὕτω habent.

502. Nihil mutandum. Paullo tamen rarior utriusque pronominis ellipsis[ν].

μ. Mallem cum Elmsl. Schæf. et Matth. αὐτὴ legere, ut inf. v. 810. Cum vero αὔτη stare potest, sc. *hæc mulier*, textum Porsoni non mutavi.

ν. Scilicet, μετά σε. Simillime adhibetur περὶ in Æsch. Agam. 1330. quem locum longe aliter quam Blomf. verterim: *Qui aliquid*

ΕΚ. ὦ φίλτατ', ἆρα, κἄμ' ἐπισφάξαι τάφῳ
δοκοῦν Ἀχαιοῖς, ἦλθες; ὡς φίλ' ἂν λέγοις.
σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· ἡγοῦ μοι, γέρον.
ΤΑΛ. σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψῃς, γύναι,
ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δέ με
δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λεὼς Ἀχαϊκός.
ΕΚ. οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους
μετῆλθες ἡμᾶς, ἀλλὰ σημανῶν κακά;
ὄλωλας, ὦ παῖ, μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο·
ἡμεῖς δ' ἄτεκνοι τοὐπί σ'· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;
ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ', ὡς ἐχθρὰν, γέρον,
κτείνοντες; εἰπὲ, καίπερ οὐ λέξων φίλα.
ΤΑΛ. διπλᾶ με χρῄζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,
σῆς παιδὸς οἴκτῳ· νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο.
παρῆν μὲν ὄχλος πᾶς Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ
πλήρης πρὸ τύμβου σῆς κόρης ἐπὶ σφαγάς.
λαβὼν δ' Ἀχιλλέως παῖς Πολυξένην χερὸς
ἔστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος, πέλας δ' ἐγώ·
λεκτοί τ' Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι,
σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν,
ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον, ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί· σημαίνει δ' ἐμοὶ
σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ.

507. *μεταστείχων* omnino rectum. Notanda tamen lectio Harl. *μεταστελῶν*.

509. MS. Reg. Soc. Aug. 3. *θανουμένας*. Male. Meminerint tirones Dawesiani canonis: Si mulier, de se loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem.

---

facturus sit, cum etiam (prius) deliberare decet de (re gerenda.) In quibus jam istud *καὶ* minime otiosum est.

κἀγὼ παραστὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε·
σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς·
σίγα, σιώπα· νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.
ὁ δ' εἶπεν· ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμὸς,
δέξαι χοάς μοι τάσδε κηλητηρίους,
νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ,
λῦσαί τε πρύμνας, καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου
νόστου τυχόντας πάντας εἰς πάτραν μολεῖν.
τοσαῦτ' ἔλεξε· πᾶς δ' ἐπηύξατο στρατός.
εἶτ' ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν,
ἐξεῖλκε κολεοῦ· λογάσι δ' Ἀργείων στρατοῦ
νεανίαις ἔνευσε παρθένον λαβεῖν.
ἡ δ', ὡς ἐφράσθη, τόνδ' ἐσήμηνεν λόγον·
ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς

533. *μου* edd. omnes, sed *μοι* citat Scaliger ad Propert. IV. 7, 36. Quod cum habeant Aug. 1. E. H. sic edidi. Constructio Homero familiaris, ut Iliad. B. 186. *Δέξατό οἱ σκῆπτρον.* O. 87. *Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ Δέκτο δέπας*, et alibi. Pindarus apud Platonem Menone (et Stobæum de Republica) T. I. p. 458, 34. Ald. p. 338, 10. Bas. T. II. p. 81. B. HSt. p. 16. G. Læmar. p. 415. B. Frf. *Οἷσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξηται.* Æschyl. Choeph. 760. *Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί.* Ubi Hesiodi locum Theog. 480. laudat Abreschius. Ipse Euripides apud Clementem Alex. Strom. V. p. 688, 19. *σὺ δέ μοι Θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας Δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.* Idem apud eundem IV. p. 588, 1. *Ἄγ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι.* Sic omnes editiones. Sed *μοι* citat Valckenaerius Diatrib. p. 213. Astydamas apud Schol. Venet. ad Iliad. Z. 472. inducit Hectora dicentem, *Δέξαι κοινήν μοι πρὸς πόλεμον δὲ καὶ φοβηθῇ παῖς.* Locus satis corruptus, cujus priora certo, posteriora dubitanter corrigo: *Δέξαι κυνῆν μοι πρόσπολ', ὧδε προσμολὼν, Δέξαι· 'φοβήθη παῖς.* Quæ desumta sunt ex Hectore, qua fabula Astydamantem vicisse e Plutarcho discimus, de Glor. Athen. p. 349. F. *οὐδὲ ὅτε Καρκίνος Ἀερόπῃ συνῆν, ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας.* Probabiliter *Ἀλόπῃ* legunt Viri docti, sed præterea legendum *εὐημέρει* pro *συνῆν*, et totus locus ita fortasse refingendus: *οὐδὲ ὅτε Καρκίνος Ἀλόπῃ ἢ Ἀγάθων Ἀερόπῃ εὐημέρει, ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας.* Aristoph. Lysistr. 204. *Τὰ σφάγια δέξαι ταῖς γυναιξὶν εὐμενής·* ubi *ταῖς γυναιξὶν* non minus regitur a *δέξαι*, quam ab *εὐμενής.*

τοῦ 'μοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα θάνω,
πρὸς θεῶν, μεθέντες κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι.
λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν· Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ
εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.
οἱ δ', ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα,
μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.
κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος,
λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος
ἔῤῥηξε λαγόνος εἰς μέσον παρ' ὀμφαλὸν,
μαστούς τ' ἔδειξε στέρνα θ', ὡς ἀγάλματος,
κάλλιστα· καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ,
ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον·
ἰδοὺ, τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία,
παίειν προθυμεῖ, παῖσον· εἰ δ' ὑπ' αὐχένα
χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.
ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης,
τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς·

557. λαγόνος εἰς μέσον plerique editi et MSS. λαγόνας MS. Reg. Soc. membr. et pauci alii. unde λαγόνας εἰς μέσας Brunck.

558. ἀγάλματα e MSS. nonnullis male dedit Kingius. Mox εὐπρεπὴς codices quidam 563. quod deterius est. Sæpe confunduntur εὐτρεπὴς, εὐπρεπὴς, ἐκπρεπής. Non male supra 269. ἐκπρεπεστάτη conjicit Brunckius.

559. MSS. quidam, κατθεῖσα, non male.—Cum dicebam, *non male*, haud volui receptæ lectioni, quam sanam esse sciebam, hanc præferre; tantum hoc dicebam, κατθεῖσα per se bene Græcum esse. Sed Vir doctissimus et humanissimus (quem Aristotelei de Poëtica libri interpretem esse suspicor) censet, καταθεῖναι dici tantum de rebus, quæ a nobismetipsis disjunguntur et separantur. Hujus igitur objectioni satisfacere conabor. Cum Latini dicant, *deponere caput*, *corpus*, *latus*, *mentum*, *oculos*, *vultum*, quidni idem Græcis licuerit? Si hujus usus rariora sunt exempla, id fit non propter veram verbi vim, sed propter effectum, qui plerumque consequitur. Cum Pandarus arcum suum εὖ κατέθηκε τανυσσάμενος, ποτὶ γαίῃ Ἀγκλίνας, Iliad. Δ. 112. non eum e manibus omnino dimittebat. Cum Diomedis equi Eumelo proximi instarent, ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην, Iliad. Ψ. 381. an capita sua abscidebant atque abjiciebant? Non opinor.

565. Merito Dawesius (Misc. Crit. p. 217.) Kingium ridet, qui ex MS. Barocc. hiantem lectionem

κρουνοὶ δ' ἐχώρουν. ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.
ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ,
οὐδεὶς τὸν αὐτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον·
ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν
φύλλοις ἔβαλλον· οἱ δὲ πληροῦσιν πυρὰν,
κορμοὺς φέροντες πευκίνους· ὁ δ' οὐ φέρων
πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κακά·
ἕστηκας, ὦ κάκιστε, τῇ νεανίδι
οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;
οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ' εὐκαρδίῳ
ψυχήν τ' ἀρίστῃ; τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγω
παιδὸς θανούσης· εὐτεκνωτάτην δέ σε
πασῶν γυναικῶν δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ.

σιδήρῳ αἵματος prætulerit. Nempe *αἵματος* supra *κρουνοὶ* in versu sequenti scriptum (ut est in Cant.) librarii oculos irretivit.

568. *κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν* vulgati magno consensu. Membranæ, *κρύπτουσα θ' ἃ κρύπτειν.* Unde fecit Brunckius, *κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν.* Feliciter sane; sic enim citant Clemens Alexandrinus Strom. II. p. 506, 14. Hermog. *περὶ κακοζήλου* p. 75, 40. ed. Ald. Eustathius ad Iliad. B. p. 216, 7 = 163, 40. Verba Hermogenis sunt: *ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν· τοῦτο σεμνῶς εἰπὼν, ἐπήνεγκεν εὐτελὲς καὶ κοινὸν καὶ κακόζηλον· Κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.* Quis sit iste, ab Eustathio memoratus, qui *ἀνθρώπων* pro *ἀρσένων* legerit, nescio; sed memini idem factum in ed. Lasc. Androm. 220. ubi recte *ἀρσένων* ceteræ.

578. *λέγω* conjecit Heathius, quod multo melius est ad sensum. Prope accedunt Harl. N. in quibus legitur *λέγων.* In Soph. Œd. T. 87. *λέγων* pro *λέγω* habet Stobæus Trincav. et Gesneri 1549. p. 570, 51. Sed si imperfectum omnino retinere oportebat, non erat quod triumpharent augmenti hostes, cum legi posset, *τοιάδ' ἔλεγον ἀμφὶ σῆς.* Nodum solvit Kingius (Morellus, dicere debebam. Eundem errorem corrige infra ad 728.) et non monito lectore, edidit, *τοῖος ἀμφὶ σῆς λόγος.* Simile est quod infra 949. *τύγχανον* habet MS. Reg. Soc. cum aliis[ξ].

579. *εὐτεκνοτάτην* Ald. et *εὐτεκνότατε* infra 618. Nihil igitur mirum si *πόμα* supra 392. admisit. Mox etiam 580. *θ'* omittit, quod habet MS. Reg. Soc. cum aliis.

ξ. Eam sane licentiam Tragicis vindicant Hermannus, Seidlerus, Reisigius, Schneiderus (hunc vid. in Tractat. de Dialecto Sophoclis, &c. §. 32.) ut in iis fabularum partibus, quas *ἀγγελικὰς ῥήσεις*

ΧΟ. δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε°,
πόλει τε τῇ 'μῇ· θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.
ΕΚ. ὦ θύγατερ, οὐκ οἶδ' εἰς ὅτι βλέψω κακῶν,
πολλῶν παρόντων. ἢν γὰρ ἅψωμαι τινὸς,
τόδ' οὐκ ἐᾷ με· παρακαλεῖ δ' ἐκεῖθεν αὖ
λύπη τις ἄλλη, διάδοχος κακῶν κακοῖς.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν, ὥστε μὴ στένειν, πάθος
οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός·
τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι
γενναῖος. οὔκουν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ,
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ', ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
κακὸν δίδωσι καρπόν; ἀνθρώποις δ' ἀεὶ
ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός·
ὁ δ' ἐσθλὸς ἐσθλὸς, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί;
ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς

586. διάδοχον κακὸν Heathius, διαδόχοις κακῶν Musgravius conjiciunt. Utrumque bene, nisi vulgata esset optima. Idem est ac si dixisset, ἢ κακὰ κακοῖς διαδέχεται. Similia sunt Sophoclis Aj. 866. Πόνος πόνῳ πόνον φέρει. Æschyli Pers. 1046. Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.

591. Aldus et multi MSS. εὔσταχυν male. Coactum enim et frigidum esset καρπὸν e 593. assumere. Callimach. H. in Dian. 130. Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη Τετραπόδων.

598. ἔχει γέ τοι τι Ald. Aug. 2. C. Cant. L. ἔχει μέντοι Schol. altero loco. M. Mosq. 1. Schol.

---

vocant, augmentum Epicorum more omittant; cujus rei alii alias causas reddunt. Ex altera parte vide omnino Elmsl. ad Bacch. 1132. qui, solita diligentia omnibus ex adverso exemplis citatis, ita de tota quæstione statuit: "Haud pauca eorum, quæ attuli, ita emendarunt viri docti, ut ipsis omissi augmenti defensoribus satis fecerint. Quæ difficiliora sunt, mea quidem sententia, librariis tribuenda sunt. Nullæ enim in Attica poësi essent grammaticæ regulæ, si nihil pro corrupto habendum esset, nisi quod facile emendari posset." Hactenus Vir doctissimus. "Non nostrum tantas componere lites;" sed in hoc loco Heathii emendationem λέγω pro Aldina lectione λέγον, præter Pors. receperunt Brunck. Herm. Matthi.

ο. Hoc verbum aliter usurpat Noster in Iph. Taur. 987—8.
δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσεν
τὸ Ταντάλειον σπέρμα.

δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθῃ,
οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν, κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.
καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην·
σύ δ' ἐλθὲ, καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
μὴ θιγγάνειν μου μηδέν', ἀλλ' εἴργειν ὄχλον,
τῆς παιδός. ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι
ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ' ἀναρχία
κρείσσων πυρός· κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν.
σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,
βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλὸς,
ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν,
νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον,
λούσω, προθῶμαί θ'· ὡς μὲν ἀξία, πόθεν;
οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ' ἔχω, τί γὰρ πάθω;

ined. in Homer. Odyss. Γ. 43. ἔχει γέ τοι E. H. Mosq. 2. 3. ἔχει γέ τι Aug. 1. 3. altero loco Schol. ἔχει γε μέν τι J. ed. King. ἔχει γε μέντοι N. P. R. ut recte edidit Barnesius. Sæpissime hæ tres particulæ in Sophocle et Euripide junctæ occurrunt, γέ τοι τι nunquam. Locus Homerici Scholiastæ hic est: ὑποφαίνει οὖν ὁ ποιητὴς, ὅτι ἔχει μέν τοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς δίδαξιν ἐσθλοῦ. Antiphanes quidem, Σοφόν γέ τοί τι πρὸς τὸ βουλεύειν ἔχει Τὸ γῆρας, apud Stobæum CXIV. p. 585. (CXVI. p. 477.) sed ibi τι congruit cum σοφόν. Nisi et illic mavis, Σοφόν γε μέντοι. Ceterum de hoc loco vide Supplem. Præf. § E.[π]

599. μάθοι Aldus. μάθῃ postulat syntaxis, et ita plures MSS.

600. Quanquam scio Euripidem paullo esse negligentiorem in iisdem vocibus repetendis, hic tamen scripsisse eum puto μετρῶν. Electr. 52. Γνώμης πονηρᾶς κανόσιν ἀναμετρούμενος Ἴστω τὸ σῶφρον. Sic et Aristoph. Av. 1005. Apollon. Rhod. I. 724. Et sane si quid mutandum, nihil dubito quin μετρῶν verum esset. Nunc autem in vulgata acquiesco. Codicis Townleiani Schol. ad Iliad. Z. 351. εἰ ᾔδει πρὸς τὸ φυλάσσεσθαι μὴ ἐμπίπτειν εἰς αὐτά· οἶδε τό γ' αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.

601. δὲ in editiones incuria irrepsit. Aldus recte δὴ, cui accedunt H. R. et ceteri omnes, ut opinor. Eustathius ad Iliad. N. p. 930, 42 = 900, 44.

604. ἐν γὰρ μ. Aldus. ἔν τοι MSS. plerique.

605. Sic omnes edd. et MSS. et Eumathius VII. p. 257. Male ἀταξία Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 389.

609—612. Parenthesi inclusos puta, et βάψασα, ἀγείρασά τε junge.

611. ἀξίαν Aldus. ἀξία recte plures MSS. et Schol.

π. Vid. p. 12.

κόσμον τ' ἀγείρασ' αἰχμαλωτίδων πάρα,
αἵ μοι πάρεδροι τῶνδ' ἔσω σκηνωμάτων
ναίουσιν, εἴ τις, τοὺς νεωστὶ δεσπότας
λαθοῦσ', ἔχει τι κλέμμα τῶν αὑτῆς δόμων.
ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι,
ὦ πλεῖστ' ἔχων, κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε
Πρίαμε, γεραιά θ' ἥδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα,
ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος;
τάδ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα
γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος,
ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

ΧΟ. ἐμοὶ χρῆν ξυμφορὰν, στροφή.
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι,
Ἰδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν
Ἀλέξανδρος εἰλατίναν
ἐτάμεθ', ἅλιον ἐπ' οἶδμα ναυστολήσων
Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν καλ-
λίσταν ὁ χρυσοφαὴς
Ἅλιος αὐγάζει.
πόνοι γὰρ, καὶ πόνων ἀντιστροφή.
ἀνάγκαι κρείσσονες, κυκλοῦνται.

618. Distinctionem incautus posueram non post ἔχων, ut debui, sed post κάλλιστα τ'. Sed κάλλιστα εὐτεκνώτατε dictum est, ut μέγιστον ἐχθίστη Med. 1320. πλεῖστον ἐχθίστης Soph. Phil. 631. πλεῖστον κάκιστος Œd. C. 743-4. κάκιστα δυσσεβεστάτων Œd. C. 1190. ut recte edidit Brunckius e priori Toupii conjectura. In Antigon. 86. πλεῖον ἐχθίων si leges, Joannis Clerici (Præf. ad Philargyr. Cantab. p. 31.) cadet objectio. Potes et μᾶλλον, sed illud melius.

625. Ald. et MSS. quidam, κεῖνος δ' ὁ. Sed hujusmodi particulis addendis, mutandis, delendis millies metrum corrumpitur. Sic mox 677. Harl. κοὐκέτ', qui tamen hic δ' ignorat. Ennium apud Cic. de Fin. II. 13. *Nimium boni est, cui nil mali est*, comparat Muretus V. L. V. 13. a Brunckio citatus.

κοινὸν δ' ἐξ ἰδίας ἀνοίας
κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ
ὀλέθριον ἔμολε, συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.
ἐκρίθη δ' ἔρις, ἃν ἐν Ἴδᾳ
κρίνει τρισσὰς μακάρων
παῖδας ἀνὴρ βούτας,
ἐπὶ δορὶ καὶ φόνῳ καὶ ἐμῶν ἐπῳδός.
μελάθρων λώβᾳ·
στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν
εὔροον Εὐρώταν
Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα·
πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
τέκνων θανόντων τίθεται
χέρα, δρύπτεταί τε παρειὰν,
δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

γυναῖκες, Ἑκάβη ποῦ ποθ' ἡ παναθλία,
ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν
κακοῖσιν; οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.
ΧΟ. τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς;
ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα.
ΘΕΡ. Ἑκάβῃ φέρω τόδ' ἄλγος· ἐν κακοῖσι δὲ
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.
ΧΟ. καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ὕπερ

644. Cum levi errore citat Hesychius. Μελάθρων λῶβαι. τῶν οἴκων αἱ βλαβαί.

646. εὐῤῥουν Ald. εὔρουν MSS. plerique. Recte εὔροον Hermannus.

655. Scholiastes ita interpretatur: τί ἐστι τὸ βούλημα τῆς σῆς κακοφήμου βοῆς; unde Fr. Jacobus legere vult, τί δ' αὖ τὸ λῆμα σῆς—Sed vulgatæ lectionis verba præponit Scholiastes, neque eum puto aliter legisse; ellipsin autem pro captu suo explere voluisse. Neque credo λῆμα unquam, nisi de personis, dixisse Græcos.

659. δόμων ἄπο. Membranæ a m. pr. ὕπερ, et sic R. pro var. lect. M. in marg. γρ. ὑπὲρ ἐπέκεινα ἤγουν ἔξω. Recte interpretatur ἐπέκεινα. Vide Musgravium ad Orest. 1377. (1365.) In margine Cant. ἀντὶ τοῦ πρὸ, ὑπέρ. J. habet ὑπὲρ in textu, ἀπὸ suprascripto. Mosq. 3. ὕπερ, Mosq. 1. ὕπο pro var. lect.

ἤδ᾽· εἰς δὲ καιρὸν σοῖσι φαίνεται λόγοις.
ΘΕΡ. ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
δέσποιν᾽, ὄλωλας· κοὐκέτ᾽ εἶ βλέπουσα φῶς[ρ],
ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις, ἐξεφθαρμένη.
ΕΚ. οὐ καινὸν εἶπας· εἰδόσιν δ᾽ ὠνείδισας.
ἀτὰρ τί νεκρὸν τόνδε μοι Πολυξένης
ἥκεις κομίζουσ᾽, ἧς ἀπηγγέλθη τάφος
πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν;
ΘΕΡ. ἥδ᾽ οὐδὲν οἶδεν, ἀλλά μοι Πολυξένην
θρηνεῖ· νέων δὲ πημάτων οὐχ ἅπτεται.
ΕΚ. οἲ 'γὼ τάλαινα, μῶν τὸ βακχεῖον κάρα
τῆς θεσπιῳδοῦ δεῦρο Κασάνδρας φέρεις;
ΘΕΡ. ζῶσαν λέλακας· τὸν θανόντα δ᾽ οὐ στένεις
τόνδ᾽· ἀλλ᾽ ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκροῦ,
εἴ σοι φανεῖται θαῦμα καὶ παρ᾽ ἐλπίδας.
ΕΚ. οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ᾽ ἐμὸν τεθνηκότα
Πολύδωρον, ὅν μοι Θρῃξ ἔσωζ᾽ οἴκοις ἀνήρ.
ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ᾽ εἰμὶ δή.
ὦ τέκνον, τέκνον,

660. σοῖσι Ald. et MSS. Male edd. quædam τοῖσι.

662. Non male Lib. P. κοὐκέτι βλέπεις φάος. οὐκέτ᾽ Cant. L. M. R. copula omissa, quæ sane omitti potest. κοὐκ ἔτι pro κοὐκέτ᾽ εἶ Aug. 2. κοὐκέτι Mosq. 3.

665. νεκρὸς masculino genere pro cadavere semper dicitur. Sed Ammonius, ἀνὴρ οὐχ ὁ τυχών, suspicatur legendum esse, νεκρὸν τόδε, quoniam in v. νεκρὸν, ubi pro cadavere sumitur, semper intelligendum est σῶμα, ait, docente Bosio. Deinde pergit: "Favet mutationi etiam metrum." Imo hac emendatione metrum corruit, nisi insuper transponas, τόδε Πολυξένης ἐμοί.

666. ἀπηγγέλη Aug. 3. Cant. Exstat ἠγγέλης Iph. T. 939. ubi ἠγγέλθης legi possit. Vide ad Phœniss. 986.

667. χερῶν M. R.

674. Sic Ald. MSS. quidam ἐλπίδα.

678. ὦ τέκνον, τέκνον. Sic Ald. Alii addunt ὦ, alii omittunt τέκνον.

ρ. Interpungit Reisig. Synt. Crit. p. 10. κοὐκέτ᾽ εἶ, βλέπουσα φῶς· ut sit constructio, καίπερ βλέπουσα· recte, mea quidem sententia, quamvis aliter Pors. q. v. ad v. 1161. p. 117. Deinde apte confert Schæf. Orest. 380. οὐ γὰρ ζῶ κακοῖς· φάος δ᾽ ὁρῶ. Ubi κακοῖς est ὑπὸ κακῶν, *by reason of*. Vid. ad 299.

αἶ, αἶ, κατάρχομαι νόμον
βακχεῖον, ἐξ ἀλάστορος
ἀρτιμαθὴς κακῶν.
ΘΕΡ. ἔγνως γὰρ ἄτην παιδὸς, ὦ δύστηνε σύ;
ΕΚ. ἄπιστ', ἄπιστα, καινὰ καινὰ δέρκομαι.
ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ·
οὐδέποτ' ἀδάκρυτος, ἀστένακτος
ἁμέρα μ' ἐπισχήσει[σ].
ΧΟ. δείν', ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.
ΕΚ. ὦ τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρὸς,
τίνι μόρῳ θνήσκεις, τίνι πότμῳ κεῖσαι;
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;
ΘΕΡ. οὐκ οἶδ'· ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.
ΕΚ. ἔκβλητον, ἢ πέσημα φοινίου δορός;
ΘΕΡ. ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ
πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.
ΕΚ. ὤ μοι, αἶ αἶ,
ἔμαθον ἐνύπνιον, ὀμμάτων ἐμῶν
ὄψιν, οὔ με παρέβα φάσμα
μελανόπτερον, ἃν ἐσεῖδον
ἀμφί σ', ὦ τέκνον, οὐκέτ'
ὄντα Διὸς ἐν φάει.
ΧΟ. τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ', ὀνειρόφρον, φράσαι;

679, 80. νόμων βακχείων Ald. Alterum habent MS. Kingii et Eustathius ad Il. B. p. 241, 23 = 182, 46. νόμον βακχείων Priscian. XVIII. p. 231. b. 11. ed. Ald. Quidam γόων pro νόμων.

682. Alii σοῦ pro σύ, minus recte.

684. ἀμφ' ἑτέρων, vel ἐφ' ἑτέρων alii, et 685. ἀδάκρυτον, ἀστένακτον.

685. Addunt codices nonnulli αἶ αἶ κακῶν vel αἶ αἶ τῶν κακῶν.

692. φονίου Ald. contra metrum.

696. ὀμμάτων τ' ἐμῶν Ald. Copulam omittunt multi MSS.

701. ὀνειρόφρων alii. ἔκτειν' MSS. complures. Contra διέφθορ' Aug. 1. supra 596. quod edidissem, si plures consentirent.

σ. οὐδέποτε παύσει με ὥστε μὴ δακρύειν· quæ est interpretatio Matthiæi unice vera, collato Thucyd. I. 129. καὶ σὲ μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω, ὥστε ἀνεῖναι, κ. τ. ἑ. Musg. ἐπισχήσει, *illucebit*, vel *adveniet*.

ΕΚ. ἐμὸς, ἐμὸς ξένος, Θρήκιος ἱππότας,
ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.
ΧΟ. ὤ μοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών;
ΕΚ. ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσιά τ', οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;
ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
μέλεα τοῦδε παιδὸς, οὐδ' ᾤκτισας.
ΧΟ. ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.
ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας
'Αγαμέμνονος· τοὐνθένδε σιγῶμεν, φίλαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

'Εκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ
ἐλθοῦσ', ἐφ' οἷσπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι
μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' 'Αργείων κόρης;
ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν.[τ]
σὺ δὲ σχολάζεις, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
ἥκω δ' ἀποστελῶν σε· τἀκεῖθεν γὰρ εὖ
πεπραγμέν' ἐστὶν, εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.
ἔα, τίν' ἄνδρα τόνδ' ἐπὶ σκηναῖς ὁρῶ
θανόντα Τρώων; οὐ γὰρ 'Αργείων, πέπλοι

702. ἐμὸς semel tantum Ald. et multi MSS.

705. πλέα R. et pro v. l. M. Sic πέρα δεινῶν Pausan. IV. 5. p. 291. (471.) quod recte tuetur Facius.

706. τ' om. Aug. 1. 2. 3. Harl. Mosq. 4. οὐχ ὅσιά γ' habent M. R. et alii.

707. ἰὼ Ald. et alii MSS.

709. ᾠκτίσω Ald. Variant MSS.

719. ἥκω μεταστελῶν σε præfert Valckenaerius ad Phœniss. 1327. (1337.) cui favere forsan videatur Harleiani lectio supra 507. Sed particula minus recte omittitur, et ἀποστελῶν ad sensum melius. Mendose μεταστέλλων in Phœnissarum edd. quibusdam, quam disjunctionem non patiuntur Tragici senarii. Si quid aliter fertur, prava distinctione laborat, ut Æschyl. Prom. 67. τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις. Joco dixit Eupolis, 'Αλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ προ- βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα apud Hephæst. p. 15.

τ. De pausa vid. Supplem. Præf. p. 25.

δέμας περιπτύσσοντες ἀγγέλλουσί μοι.
ΕΚ. δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσά σε,
Ἑκάβη, τί δράσω; πότερα προσπέσω γόνυ
Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ἢ φέρω σιγῇ κακά;
ΑΓ. τί μοι προσώπῳ νῶτον ἐγκλίνασα σὸν
δύρει, τὸ πραχθὲν δ' οὐ λέγεις; τίς ἐσθ' ὅδε;
ΕΚ. ἀλλ' εἴ με, δούλην πολεμίαν θ' ἡγούμενος,
γονάτων ἀπώσαιτ', ἄλγος ἂν προσθείμεθ' ἄν.
ΑΓ. οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.
ΕΚ. ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς
μᾶλλον φρένας τοῦδ', ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς;
ΑΓ. εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι,
εἰς ταυτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.
ΕΚ. οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ
τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι. τί στρέφω τάδε;
τολμᾷν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.

724. Hunc versum habet X. Π. 60.

728. ὀδύρῃ Aldus et omnes MSS. quod cum metro repugnaret, sensus jactura in ὀδυνῇ mutavit Kingius. (Morellus[v].) Debebat saltem ὀδυνᾷ. Sed recte Musgravius δύρῃ, advocato Hesychio, δύρεσθαι, ὀδύρεσθαι. Hesychium frustra erroris insimulat Taylorus Lect. Lysiac. cap. 9. Eadem opera accusare Etymologum debebat p. 192, 43. 291, 23. Eustathius ad Il. B. p. 218, 19 = 165, 20. εὑρίσκεται δὲ καὶ τὸ ὀδύρεσθαι δύρεσθαι. Nec magis mirum utrumque δύρεσθαι et ὀδύρεσθαι Atticis in usu fuisse, quam utrumque κέλλειν et ὀκέλλειν, μόργνυμι et ὀμόργνυμι, cum similibus non paucis. Æschylus Prometh. 271. Καί μοι τὰ μὲν παρόντα μὴ δύρεσθ' ἄχη. Male ibi elisionis, qualem nesciunt Attici, signum apponunt editiones. Apud eundem Pers. 584. metrum flagitat Δυρόμενοι γέροντες. In Nostri Med. 159. 'δυρομένα edidit Brunckius, quasi ο ab ου elidi posset. Initium est versus Euripidei Androm. 397. Ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι; cui simillimus alter ex Neophronis Medea apud Stobæum Grotii p. 107. Καὶ πρὸς τί ταῦτ' ὀδύρομαι; Quidni, inquies? Quoniam Tragici nunquam ita senarium disponunt, ut pedes tertius et quartus unam vocem efficiant[φ]. Legendum igitur cum in Euripide, tum in Neophrone, δύρομαι.

730. ἄλγος ἂν προσθείμεθα. Sic Aldus et pleræque edd. Sed ἂν recte duplicant Brunckii membr. Harl. MS. Reg. Soc. Mosq. 3. et plures alii. Pro secundo ἂν J. Mosq. 4. ἄλγει. Brunckius edidit, ἄλγος αυ π. ἄν. male.

v. Vid. ad 578. et Præf. p. 8.

φ. Vid. Supplem. Præf. p. 18.

Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων,
καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.
ΑΓ. τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύθερον
αἰῶνα θέσθαι; ῥᾴδιον γάρ ἐστί σοι.
ΕΚ. οὐ δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη,
αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.
ΑΓ. καὶ δὴ τίν' ἡμᾶς εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;
ΕΚ. οὐδέν τι τούτων, ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.
ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;
ΑΓ. ὁρῶ· τὸ μέντοι μέλλον οὐκ ἔχω μαθεῖν.
ΕΚ. τοῦτόν ποτ' ἔτεκον, κἄφερον ζώνης ὕπο[x].
ΑΓ. ἔστιν δέ τις σῶν οὗτος, ὦ τλῆμον, τέκνων;
ΕΚ. οὐ τῶν θανόντων Πριαμιδῶν ὑπ' Ἰλίῳ.
ΑΓ. ἦ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες, ἢ κείνους, γύναι;
ΕΚ. ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ', ὃν εἰσορᾷς.
ΑΓ. ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις;
ΕΚ. πατήρ νιν ἐξέπεμψεν, ὀῤῥωδῶν θανεῖν.
ΑΓ. ποῖ, τῶν τότ' ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;
ΕΚ. εἰς τήνδε χώραν, οὗπερ εὑρέθη θανών.
ΑΓ. πρὸς ἄνδρ', ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός;
ΕΚ. ἐνταῦθ' ἐπέμφθη πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ.

740. γονάτων Ald. et MSS. nonnulli. De ellipsi præpositionis πρὸς vide ad Orest. 663.

744. Ridet Plautus Asinar. II. 2, 8. *Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.* Quod notavit Vir egregius, Josias Mercerus, ad Nonium v. *Meret.*

746. ἐπάρκειαν Ald. et edd. ἐπάρκεσιν MS. Reg. Soc. quod præferendum videtur. ἄρκεσις occurrit apud Sophoclem Œd. Col. 73. ἐπάρκεσις 447. Alteram formam apud Tragicos non memini invenisse.—Edidi igitur ἐπάρκεσιν, cum postea in J. M. N. invenerim.

748. Hunc versum sic convertit Ennius apud Nonium v. GUTTATIM. *Vide hunc, meæ in quem lacrumæ guttatim cadunt.*

752. Τῶν οὐ θ. edidit Brunckius ex conjectura, qua nihil opus esse videtur.

759. Sic editi recentes. Πολυμήστορα Aldus. Male insuper τῆσδε omittunt Harl. M. R. In K. videtur primo fuisse Πολυμήστορα, deinde in alterum mutatum. Sed Πολυμήστωρ M. a m. pr. Cant. N.

---

x. Contra Æsch. Choeph. 977. ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην.

ΑΓ. *θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών;*
ΕΚ. *τίνος πρὸς ἄλλου; Θρήξ νιν ὤλεσε ξένος.*
ΑΓ. *ὦ τλῆμον, ἦπου χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν;*
ΕΚ. *τοιαῦτ', ἐπειδὴ ξυμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.*
ΑΓ. *εὗρες δὲ ποῦ νιν, ἢ τίς ἤνεγκεν νεκρόν;*
ΕΚ. *ἥδ', ἐντυχοῦσα ποντίας ἀκτῆς ἔπι.*
ΑΓ. *τοῦτον ματεύουσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;*
ΕΚ. *λουτρ' ᾤχετ' οἴσουσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένῃ.*
ΑΓ. *κτανών νιν, ὡς ἔοικεν, ἐκβάλλει ξένος.*
ΕΚ. *θαλασσόπλαγκτόν γ', ὧδε διατεμὼν χρόα.*
ΑΓ. *ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων*[ψ].
ΕΚ. *ὄλωλα, κοὐδὲν λοιπὸν, Ἀγάμεμνον, κακῶν.*
ΑΓ. *φεῦ, φεῦ· τίς οὕτω δυστυχὴς ἔφυ γυνή;*
ΕΚ. *οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.*
ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ,
ἄκουσον. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ,
στέργοιμ' ἄν· εἰ δὲ τοὔμπαλιν, σύ μοι γενοῦ

762. Istud *γε*[ω], quod nihil ad sensum aut elegantiam confert, omittunt Mosq. 1. 4. *δ'* habet J. Legendum videtur, *Τίνος πρὸς ἄλλου*, quod et melius quæstioni respondet. Supra 690. *πρὸς τίνος ἀνθρώπων;* Suppl. 404. *οὐ γὰρ ἄρχεται Ἑνὸς πρὸς ἀνδρός.* Sic. habent edd. At Valckenaerius ad Phœniss. 396. citat *Ἑνὸς ὑπ' ἀνδρός.* In Lucian. Anachars. 9. omnes MSS. et edd. consentiunt in *ἀγχομένους πρὸς ἀλλήλων*, in 11. unus MS. habet *ἀγχομένους ὑπὸ* (ceteri *πρὸς*) *τῶν ἀντιπάλων.* In Iliad. T. 133. ubi vulgatur *ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων*, codices nonnulli, inter quos Venetus, *πρὸς Εὐρυσθῆος.* Confer X. Π. 1314. cum Med. 1410. In Arrian. Exp. III. 12. p. 120, 4. MS. apud Gronov. *ὑπὸ* pro *πρός.*

767. *μαστεύουσ'* Aldus et multi MSS. *ματεύουσ'* Mosq. 4. et a m. pr. C.

770. *γ'* a MSS. quibusdam abest. Pro *κακῶν* 772. nonnulli *κακόν.*

774. *λέγεις* alii, quod si repones, non gravabor. Comparat Brunckius Terentianum: *Ipsa si cupiat Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam.* Aptius videtur illud Trabeæ apud Ciceronem Tusc. Disp. IV. 31. *Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.*

ψ. Comma post *σὺ* cum Schæf. delevi.

ω. Receptam lectionem, *τίνος γ' ὑπ' ἄλλου*, admiserat Pors. in prima editione, quo hæc nota refertur. Mallem cum Matthiæo *γ'* servare, utpote "fortius negantem," et illud ad sensum conferentem, quod Anglice expresseris: *Why, by whom else?*

τιμωρὸς ἀνδρὸς, ἀνοσιωτάτου ξένου,
ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας, δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοὶ,
ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτος ὢν ἐμῶν φίλων·

779. τοὺς prius alii omittunt, alii in τῆς mutant.

782. ξένων pro φίλων multi MSS. male. Aldus et omnes fere MSS. πρῶτα τῶν ἐμῶν. Brunckius ex membr. suis edidit τὰ πρῶτα, tantum duplici anapæsto delectatus, quantum alii offenduntur. Sed is liber manifestis glossis non caret; supra enim 607. τάγγος pro τεῦχος habet cum M. Mosq. 1. N. R. Merum igitur scholion τὰ πρῶτα, ut liquet vel ex eo, quod in MSS. quibusdam articulus suprascriptus est pro interpretatione. ξένια conjecit Musgravius, quod frigidum et obscurum est. Distinctionem, post ἐμοὶ sublatam, post ξενίας reponit Beckius, quo quid proficiatur nescio. Omnino post τυχὼν aliud participium, quod duo sententiæ membra connectat, requiritur. Ac poteras quidem legere, ξένιά τ' ἀριθμῶν πλεῖστα τῶν ἐμῶν φίλων, nisi hoc a vulgata nimis recederet. Dedi igitur πρῶτος ὢν pro πρῶτα τῶν. Cum semel scriptum esset, πρῶτος ὢν τῶν ἐμῶν φίλων, aut, litera tantum una addita, πρῶτος τῶν ἐ. φ. aliquis metri studiosus vulgatam inde lectionem effinxit. Simili mendo Aristophanis locum Vesp. 1429. Brunckius contaminavit. Sæpius ἱππικὴ et μουσικὴ sine articulo adhibent Attici. Recte igitur legimus, Ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων ὢν ἱππικῆς, ut et Suidas v. τρίβων. Hoc autem Brunckius ignorans participium, quod erat necessarium, ejecit; articulum, qui non erat necessarius, inseruit. Ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων τῆς ἱππικῆς. Si quis objiciat, non verisimile videri, lectiones leviter corruptas, πρῶτος τῶν ἐμῶν φίλων, πρῶτος ὢν τῶν ἐμῶν φίλων, ulterius depravaturum quenquam, cum tam expeditus ad rectam viam reditus pateret, is nescit, *quam proclivi lapsu voces etiam notissimæ nonnunquam in maculas degenerent, quibus eluendis hominum vel acutissimorum ingenia frustra defatigentur.* Verbis utor Hemsterhusii ad Arist. Plut. p. 349. Quæ uno aut altero exemplo libet confirmare. In Cratini Dionysalexandro apud Macrob. Sat. v. 21. versum addit ex MS. Thuanæo Jacobus Gronovius: Στολὴν δὲ δὴ τίν' εἶχε τοῦδ' ὁμόχροον. Sic ille dedit ex patris conjectura, margini adscripta scilicet, non edita, cum MS. haberet ΤΟΥΔΟΜΟΙΦΡΑΣΟΝ. Tantulum mendum hujus loci veram lectionem abolevit. Lege, τοῦτό μοι φράσον.—Exstat luculentum Pindari de Delo fragmentum apud Strabonem x. p. 743. A. (485. B.), cujus partem duntaxat transcribam: Ἀλλ' ἁ Κοιογενὴς ὁπότ' ὠδίνεσσι θοαῖς ἀγχιτόκοις ἐπέβα νιν, δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ πρέμνων ἀπώρουσαν χθονίων, ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέτραν ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες, ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν. Vulgo ἀλλὰ καὶ ὁ γένος, unde bene Barnesius, κοῖον γένος, sed paullo melius e codice Strabonis Mosq. qui καινογενὴς habet, Κοιογενὴς elicias. Pro ὀδύναισι θείαις Mosq. ὠδίνεσι θοοῖς. Deinde ἀγχιτόκοις, quod excidit editionibus plerisque, habent Ald. et MS. Mox ἐπιβαίνειν edd. ἐπέβαινεν MS. Statim πρύμνων mendose MSS. sed egregie Mosq. ἂν δ' ἐπὶ κράνοις σχέθον πέτραν, si levem

τυχὼν δ' ὅσων δεῖ, καὶ λαβὼν προμηθίαν,
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,

distinctionis errorem tolles. Editum est, ἂν δ' ἐπὶ κραναῇ σχεδὸν πέτρα. Recte σχέθον conjecit Casaubonus, cetera non tetigit. Verte, COLUMNÆ *vero basi adamantina innixæ rupem* CAPITULIS *sustinuere*. Eodem sensu vox occurrit Iph. T. 51. Eustathius ad Iliad. H. p. 700. 65 = 582, 44. ἐπίκρανον, ὅπερ ἐστὶ κεφαλὴ κίονος. —Cratino et Pindaro addamus Aristophanem Ran. 1076. Οὐδ' οἶδ' εἰς ἥντιν' ἐρῶσαν πώποτ' ἐποίησα γυναῖκα. Sic cum semel corruptus esset locus, medicinam facere conati sunt librarii, alii ἄν, alii ἐγὼ addentes. Non vulgatæ lectionis errores ambitiose ostendam, neque Invernizii ineptias exagitabo; melius erit verbo monere, veram lectionem a codice Ravennate servari: Οὐδ' οἶδ' οὐδεὶς ἥντιν' ἐρῶσαν πώποτ' ἐποίησα γυναῖκα. Vides tria loca, quæ in editionibus corrupta quidem erant, sed tam leviter corrupta, ut nihil emendatu planius unquam aut facilius fuerit.—At, dices, participium ὢν subaudiri potest. Sane potest, ut Hippol. 234. et alibi; sed non ubi duo membra sententiæ ita, ut hic, conjunguntur. Exempla rem apertam facient. Aristoph. Plut. 751. Οἱ γὰρ δίκαιοι πρότερον ὄντες, καὶ βίον Ἔχοντες ὀλίγον, αὐτὸν ἠσπάζοντο. Vesp. 505. αἰτίαν ἔχω Ταῦτα δρᾶν, ξυνωμότης ὤν, καὶ φρονῶν τυραννικά. Pac. 633. Ἀλλ' ἅτ' ὢν ἄνευ γιγάρτων, καὶ φιλῶν τὰς ἰσχάδας, Ἔβλεπεν πρὸς τοὺς λέγοντας. 685. Ἀπορῶν ὁ δῆμος ἐπιτρόπου, καὶ γυμνὸς ὤν, Τοῦτον τέως τὸν ἄνδρα περιεζώσατο. Menander Stobæi LXX. p. 299. (sic male ed. Grot. pro 291.) Ὅταν πένης ὤν, καὶ γαμεῖν τις ἑλόμενος, Τὰ μετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα, Αὑτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει. Euripid. Androm. 499. Μητρὸς λεχέων, ὃς ὑπερθνήσκεις, Οὐδὲν μετέχων, Οὐδ' αἴτιος ὢν βασιλεῦσιν. Ex horum locorum quocunque participium ὢν ejicies, durissimam certe, si non solœcam, orationem effeceris. Erravit ergo Valckenaerius ad Herodot. I. 59. ὡς pro ὢν in Vesparum loco legens. Sed recte ὢν retinet Suidas vv. Εἰ καὶ νῦν ἐγώ. Ξυνωμότης. recte utrobique τυραννικὰ habet pro τυραννίδα. Quid tamen si contendam, librarii errore πρῶτα pro πρῶτος scriptum his turbis occasionem dedisse? Certe nihil proclivius, quam α pro ος scribi. Cum enim sigma hoc fere signo c exprimatur, manifestum est, si o et c coaluerint, figuram τῷ α non dissimilem effictum iri. In Homer. Odyss. Λ. 157. πρῶτα τὸν in textu habet MS. Harl. 5674. et pro varia lectione πρῶτος ὃν habet suprascriptum. In hac fabula supra 546. tali modo στρατὸς exaravit M. ut prima facie cuivis στρατὰ videatur. In Scholiis ad Aristoph. Nub. 508. habent Aldus et Junta ἐξ ὑπορρῶγά τινος, quod in ὑπορρῶγος mutavit Gelenius. Clemens Alexandr. *Quis dives salvetur* p. 940, 44. ἀμέλει ὁ πάντα τὰ τοῦ νόμου πληρώσας ἐκ νεότητος, καὶ τὰ ὑπέρογκα φρυαξάμενος, ἓν τοῦτο πραθῆναι τοῖς ὅλοις οὐ δεδύνηται, τὸ τοῦ σωτῆρος ἐξαίρετον, ἵνα λάβῃ ζωὴν αἰώνιον ἣν ἐπόθει. Quid est istuc πραθῆναι? Vertunt *acquirere*. Muta A in ΟΣ, et lege προσθεῖναι. Si quis erit, qui πραθῆναι τοῖς ὅλοις interpretetur, *seque suaque omnia vendere,* tantum dicam eam interpretationem mihi coactam et contortam videri. Addamus Pausaniam VIII. 25. p. 651. καθότι δὲ αὐτὸς ὁ Λάδων ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειόν, Κοράκων ὠνόμασται Νᾶσος. Οἱ δὲ ἥγηνται τὴν Ἐνίσπην καὶ Στρατίην τε καὶ Ῥίπην τὰς

οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.
ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε, κἀσθενεῖς ἴσως·

ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου κατειλεγμένας γενέσθαι νήσους ποτὲ ἐν τῷ Λάδωνι ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκουμένας· ᾧ οἱ πεπιστευκότες μάταια ἴστωσαν. Quod conjecit Sylburgius pro ᾧ οἱ π. edidit Facius e codice Mosquensi, ἃ οἱ π. Neutrum recte: utrumque enim corruptum est ex ὅσοι. *At vero, si ita leges, quæ erit verborum constructio, quæ sententia?* Nulla. Ὅσοι enim hic delendum et supra pro οἱ substituendum, ut totus locus ita legatur:—κοράκων ὠνόμασται νᾶσος, ὅσοι δὲ ἥγηνται—οἰκουμένας, πεπιστευκότες μάταια ἴστωσαν. Primus scilicet librarius cum οἱ exarasset, duabus literis, quæ bis ponendæ erant, semel tantum, ut fit, positis, errorem ipse suum in margine statim correxit, ascripto ὅσοι. Secundus autem librarius dupliciter erravit: nam et hanc vocem pro additamento, non pro correctione, habuit; et in sedem non suam forte temere intulit. Deinde alii duo librarii, alter in ἃ οἱ, alter in ᾧ οἱ, depravarunt. Sic autem dedisse Pausaniam, ex ipso Pausania clare patebit. v. 12. p. 404. Ὅσοι δὲ ἀνθρώπων τὰ διὰ τοῦ στόματος ἐς τὸ ἐκτὸς ἐλέφασιν ἐξίσχοντα ὀδόντας τῶν θηρίων εἶναι καὶ οὐ κέρατα ἥγηνται, τούτοις ἐστὶν ἀπιδεῖν μὲν ἐς τὰς ἄλκας. vi. 13. p. 482. Εὐηθείας μὲν δὴ μετέχουσι καὶ ὅσοι Χίονιν αὐτὸν ἀναθεῖναι τὴν στήλην, ἀλλ' οὐ Λακεδαιμονίων ἥγηνται τὸ δημόσιον. Paullo ante in hoc ipso capite, viii. 25. Ὅσοι δὲ Θέμιδος, καὶ οὐ Δήμητρος τῆς Λουσίας, τὸ ἄγαλμα εἶναι νομίζουσι, μάταια ἴστωσαν ὑπειληφότες. In Athenæi Dionysio ix. p. 381. D. ἰχθὺς ἁδρὸς πάρεστι ταὐτός. ἔστι σὸς, præclaram Grotii emendationem, ταὐτός ἐστι σά, confirmavit MS. Venetus.—Satis diu me tenuit hæc disputatio, necdum tamen discedere licet. Potest enim aliquis eorum, Οἷστισιν ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως, Ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει, defendere τυγχάνειν pro εἶναι in Aristophane simpliciter positum. Cui respondeo, primum hoc non licere ex emendatione contra omnes codices in textum inferre; deinde unum tantummodo locum (Euripid. Andr. 1116.) protulit Vir loco et doctrina illustris, Baro Locella, ad Xenophontem Ephesium iv. p. 93, 6: nam in loco Sophoclis Aj. [9.] jungenda sunt τυγχάνει στάζων, Œd. C. 1490. ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην male cepere Interpretes. Sensus est, *quam promisi, si ipse a Theseo id quod peterem consequerer.* Loca Libanii et Herodiani nihil ad nos; e Platonis verbis facillime elabi poterat ὢν et ὄν, post similem præsertim terminationem. Quocirca recte puto ὂν addidisse Fischerum in Apolog. Socratis; in Republ. ii. p. 369. B. HSt. addendum puto, et sicubi aliud quid ejusmodi occurrit, cum nihil hoc participio facilius omittatur. Recte editur in Theæteto p. 151. F. γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν, sed citantes Suidas v. Ἀνεμιαῖον, et Scholiastes ad Aristoph. Av. 696. participium omittunt. Restat locus Aristophanis Eccles. 1137. Καὶ τῶν θεατῶν εἴ τις εὔνους τυγχάνει. Sed ibi legendum, Κεἰ τῶν θεατῶν ὢν τις εὔνους τυγχάνει, quæ verba iisdem sedibus posita reperiuntur Plut. 33. Τὸν δ' υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει. Facile autem καὶ in κεἰ mutari, facillime ὢν excidere potuit. Quid igitur versu Euripideo, τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις, faciemus? Equidem, si ποιητικῇ ἀδείᾳ tribuendum et condonandum putabis, non intercedam: si tamen ab ejus ætatis consuetudine prorsus alienum esse

ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ κείνων κρατῶν
νόμος. νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.
ὃς εἴς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ξένους
κτείνουσιν, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
ταῦτ' οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος, αἰδέσθητί με.
οἴκτειρον ἡμᾶς· ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς
ἰδοῦ με, κἀνάθρησον οἷ' ἔχω κακά.
τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν·
εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα,
ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.

statues, per me legere poteris, ἔτυχε δ' ὢν ἐν ἐμπύροις. (Sed vide J. N. Dawesii Epistolam in Addendis.) In Æschyli Choëph. 112. κεὶ pro καὶ recte, sed frustra, emendat Canterus; sic enim tres editiones quæ Stephanicam præcesserant[a].

783. ὅσον MSS. nonnulli.

787. Respicere Euripidem ad Pindari dictum, νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς, monet Wyttenbachius in Biblioth. Crit. Vol. I. Part. IV. p. 35.

788. θεοὺς ἡγεῖσθαι dixit etiam Noster Bacch. 1327. Electr. 587. Aristophanes Eq. 32. Βρέτας; τὸ ποῖον ἐτεόν; ἡγεῖ γὰρ θεούς;

793. Hunc versum etiam adhibuit Euripides in incerto dramate apud Stobæum ed. Grot. p. 165.

795. Ejicere hunc versum et deinde legere vult ἰδοῦ τε Wyttenbachius p. 36. Male. ἰδοῦ με habent omnes MSS. et Eustathius. κἀνάθροισον quod habent M. R. prave scriptum est etiam in Eustathio ad Iliad. I. p. 752, 4 = 658, 5. Supra etiam 673. ἄθροισον M. Mosq. 4.

a. Solœcum esse usum τοῦ τυγχάνω, non sequente ὢν, uno ore negant Herman. Schæf. Erfurdt. Matthi. Elmsl. Aliquid sane in hac re ποιητικῇ ἀδείᾳ tribuendum Porsonus in fine notæ non diffitetur: quatenus autem ipse suam postea mutaverit sententiam, audiamus desideratissimum Dobræum in Aristophanic. Append. p. (144.) "ὢν post τυγχάνω a tragicis omitti potuisse ostendunt viri docti e Sophocl. Electr. 46. 313. (Eur. Hec. 957. loco suspecto), et agnoverat Porsonus anno 1802. Opusc. pp. 151—3. quod mirum est prætervidisse Hermannum ad Soph. Aj. 9. Sed de comicis et orationis solutæ scriptoribus sententiam suam non videtur mutasse...Obiter addo, locum Eurip. Med. 735. συμβὰς καὶ ἀνώμοτος, non officere alteri regulæ ad Hec. 782. prolatæ, quum ista verbalia sint participia potius quam adjectiva, imo ipsa participia formæ antiquæ, ut e Latinis constat. Hoc me monuit Porsonus."

οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;
ἔοικα πράξειν οὐδέν· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
μοχθοῦμεν, ὡς χρὴ, πάντα, καὶ μαστεύομεν,
πειθὼ δὲ, τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην,
οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν,
μισθοὺς διδόντες, μανθάνειν, ἵν' ᾖ ποτὲ
πείθειν ἅ τις βούλοιτο, τυγχάνειν θ' ἅμα;
πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς;
οἱ μὲν τοσοῦτοι παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι·
αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι·
καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.
καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε,
Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται.
πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται,

800. "An legendum, ποῖ μετεξάγεις; Quanquam corripi potest syllaba, licet μ' pro μοι ponatur," inquit Musgravius. Imo μ' pro με ponitur[β]. Sensus esse videtur: *Quo meum pedem subducis*, i.e. *quo me cogis te sequi?* Nempe Agamemnon, Hecubæ nolens annuere, nec tamen palam negare ausus, pedetentim a scena recedere conatur. Duplex accusativus neminem offendet, nisi qui in Atticis poëtis hospes sit. Exemplis tamen a Brunckio allatis, ad Æschyl. Theb. 836. et alibi, unum adde, Aristoph. Thesm. 491. Στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρα.

804. Hunc locum in animo habuisse videtur Quinctilianus I. 12. 18. *illam (ut ait non ignobilis tragicus) reginam rerum orationem.*—Non hunc locum, sed Ciceronis de Oratore II. 44. in animo habuit Quinctilianus; Cicero autem a Pacuviana Hermione sumsit, *O flexanima atque omnium regina rerum oratio.* Et Ciceronis et Pacuvii verba citat Nonius v. *Flexanima.* Nostrum respexit Pacuvius. *Hæc* pro *O* MS.

809. οἱ μὲν γὰρ ὄντες παῖδες M. N. R. Quæ notabilis lectio. Mox 810. ἐπ' ἐχθροῖς G. et 812. μὲν omittunt quidam. Non male legeretur γε.

814. σῇσι πλευρῇς Ald. et edd. Sed neutrum habet MS. Leid. teste Valckenaerio, Brunckii membranæ et alter MS. a prima manu. Sic etiam K. Aut σοῖσι aut πλευροῖς alii, retinentes hi πλευραῖς, illi

β. Ponitur μ' pro με, sine dubio: neque tamen cum Pors. intelligo, *Quo meum pedem subducis?* Sed, *Quo tuum pedem a me subducis?* Qui accusativi usus non durior est, quam quem habes in Iph. A. 814. οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι Λέγουσ'.... Est sane, si in his duplicatis accusativis cum grammaticis subaudiamus κατὰ, non ὑπεξάγεις με κατὰ πόδα, sed ὑπεξάγεις πόδα (σὸν) κατά με.

ἡ φοιβὰς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τιν' [γ] ἕξει παῖς ἐμὴ, κείνης δ' ἐγώ;
ἐκ τοῦ σκότου γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ
φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις.
ἄκουε δή νυν [δ]. τὸν θανόντα τόνδ' ὁρᾷς;
τοῦτον καλῶς δρῶν, ὄντα κηδεστὴν σέθεν
δράσεις. ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι.
εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι,
καὶ χερσὶ, καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει,
ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινὸς,

σῇσι. In Sophoclis Ajac. 1253. vulgo Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς. MSS. plures πλευράν. Sed recte MS. apud Brunckium, Stobæus, et Eustathius ad Od. E. p. 1524, 51 = 208, 51. habent πλευρά.

816. Hunc locum citans Scholiastes ad Sophoclis Ajac. 520. hac nota perstringit: ὁ δέ γε Εὐριπίδης μαστροπικώτατα εἰσάγει τὴν Ἑκάβην λέγουσαν. Sed hac re nihil offensus Ennius vertit: *Quæ tibi in concubio verecunde et modice morem gerit*, apud Nonium in v. *modicus*.

818. κείνης δ' ἐγώ, Ald. et, ut puto, omnes MSS. Sed edidit Brunckius, κείνης δὲ σύ, vereor ne μαστροπικώτατα.

819. Edidit Aldus: Ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων Φίλτρων ὁμοῦ τε τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις. Unde Reiskius et Tyrwhittus legunt ὁμοῦται. Sed omnes fere MSS. habent ut edidi. πάντων pro πάνυ habet codex Brunckii, unde ille edidit, τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς Φ. μ. γ. πάντως χάρις. Pro πάνυ mavult Musgravius ὁμοῦ ex Ald. Ceterum σκότου ut magis Atticum dedi ex Brunckii membr. E. et Mosq. 3. βροτοῖς bis M. alterum pro πάνυ. Pro πάνυ habet βροτοῖς N. et pro βροτοῖς mox θνητοῖς. Non valde usitata Tragicis est vox πάνυ· occurrit tamen apud Sophoclem Œd. C. 144. Philoct. 650. Æschylum Pers. 929. Agam. 1465. Choëph. 861.

825. Pro κόμαισι primo κόραισι, deinde κνήμαισι conjicit Musgravius. Accuratior oppositio esset, si legeremus κώλοισι. Sed cum omnes MSS. et edd. tum Etymologus M. p. 26, 54. et Tzetzes Chil. I. 515. vulgatam lectionem confirmant. Est et alia ratio, quæ κόραισιν excludat. Primo optat Hecuba vocem habere in iis partibus, quæ natura vocem non habent; deinde ut partes istæ simul fleant et loquantur. At κόραι cum natura ad flendum aptæ sint, ab hac enumeratione abesse debent.

γ. Malim, τίν'. Aliter, ποῦ ἕξει χαριν τινα;

δ. Ita cum Matthi. rescripsi pro Porsoni δὴ νῦν.

ὡς πάνθ' ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιτο γουνάτων,
κλάοντ', ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους.
ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος,
πιθοῦ, παράσχες χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
τιμωρὸν, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως.
ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν,
καὶ τοὺς κακοὺς δρᾷν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.
ΧΟ. δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει,
καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,
ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι.
ΑΓ. ἐγὼ σὲ καὶ σὸν παῖδα καὶ τύχας σέθεν,
Ἑκάβη, δι' οἴκτου, χεῖρά θ' ἱκεσίαν, ἔχω·
καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ' ἀνόσιον ξένον,
καὶ τοῦ δικαίου, τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
εἴ πως φανείη γ', ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
ἔστιν γὰρ ᾗ ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μοι.
τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατὸς,

827. ἔχοιντο A. Aug. 2. 3. Cant. J. H. L. Mosq. 2. 3. N. Vide infra ad 1141.

830. πάρασχε Ald. et MSS. quod temere barbarum vocat Brunckius, cum sit analogiæ regulis consentaneum. Non valde usitatum esse fateor; occurrit tamen κάτασχε in Herc. Fur. 1211. Sed vide ad Orest. 1330. Infra 883. ἐπίσχ' Aug. 3.

835. οἱ χρόνοι ex conjectura Musgravii edidit Brunckius.

838. ἔγωγε N. R. non male.

842. Ald. φανείην γ' ὥστέ σοι καλῶς ἔχειν. φανείη memb. Brunckii codex et Mosq. 3. cum aliis, σοί τ' ἔχειν καλῶς plerique MSS[ε]. In Sophoclis Aj. 313. facillimam emendationem φανείη pro φανείην prætervidere viri docti, quam tamen adsumere potuerat e MS. Brunck. φαναίην contra linguam et metrum est, φανοίην contra linguam.

846. φίλον Aldus. φίλιον Lib. P. ut timide conjecit Barnesius. Idem mendum in Ald. infra 921.

ε. Nihil opus cum Schæf. ὥστε σοι καλῶς ἔχειν legere. Utrumque, et ἔχειν et δόξαιμι, ab ὥστε pendet; quod cum vel infinitivum vel optativum post se adsciscat, hic diversæ rationes in diversis clausulis conjunguntur. Paullo aliter Pors. ad Phœn. 557.

τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν· εἰ δὲ σοὶ φίλος
ὅδ' ἔστι, χωρὶς τοῦτο, κοὐ κοινὸν στρατῷ.
πρὸς ταῦτα φρόντιζ', ὡς θέλοντα μέν μ' ἔχεις
σοὶ ξυμπονῆσαι καὶ ταχὺν προσαρκέσαι,
βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι.
ΕΚ. φεῦ. οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος·
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης,
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.
ἐπεὶ δὲ ταρβεῖς, τῷ τ' ὄχλῳ πλέον νέμεις,
ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου.
ξύνισθι μὲν γὰρ, ἤν τι βουλεύσω κακὸν
τῷ τόνδ' ἀποκτείναντι· συνδράσῃς δὲ μή.
ἢν δ' ἐξ Ἀχαιῶν θόρυβος ἢ 'πικουρία,
πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται,
φανῇ τις, εἶργε, μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.
τὰ δ' ἄλλα θάρσει· πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς[ζ].
ΑΓ. πῶς οὖν; τί δράσεις; πότερα φάσγανον χερὶ
λαβοῦσα γραίᾳ φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ 'πικουρίᾳ τίνι;
τίς σοι ξυνέσται χείρ; πόθεν κτήσει φίλους;
ΕΚ. στέγαι κεκεύθασ' αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.
ΑΓ. τὰς αἰχμαλώτους εἶπας, Ἑλλήνων ἄγραν;
ΕΚ. ξὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.

852. οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν Aristot. Rhet. II. 21. Mox πόλεως multi MSS. solenni errore. Arrian. in Epictet. II. 13. Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεος ἡγεμὼν ἀνήρ. Versus est senarius. Ibi vulgatum πόλεως in levem errorem induxit Uptonum.

868. κεκεύθουσ' MSS. quidam; quod si Græcum est, est Doricum.

870. φονέα. Ultimam hujus vocis, quæ ex Grammaticorum monito produci debebat, ter corripit Euripides, hic et Electr. 599. 763. Quibus addit Piersonus ad Mœrin 192. Euphorionem apud Athenæum XI. p. 503. A. Addo ipse Philemonem ibid. VII. p. 307. E. ubi κεστρέ ὀπτὸν occurrit: vocalis enim elidi non posset, nisi corriperetur.

ζ. Non male Reiskius, probante Schæfero, τὰ δ' ἄλλα, θάρσει, πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

ΑΓ. καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος;
ΕΚ. δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.
ΑΓ. δεινόν· τὸ μέντοι θῆλυ μέμφομαι γένος.
ΕΚ. τί δ'; οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα,
καὶ Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν;
ἀλλ' ὣς γενέσθω· τόνδε μὲν μέθες λόγον·
πέμψον δέ μοι τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ
γυναῖκα. καὶ σὺ, Θρῃκὶ πλαθεῖσα ξένῳ,
λέξον· Καλεῖ σ' ἄνασσα δή ποτ' Ἰλίου
Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,
καὶ παῖδας, ὡς δεῖ καὶ τέκν' εἰδέναι λόγους
τοὺς ἐξ ἐκείνης. τὸν δὲ τῆς νεοσφαγοῦς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον,
ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογὶ,
δισσὴ μέριμνα μητρὶ, κρυφθῆτον χθονί.
ΑΓ. ἔσται τάδ' οὕτω. καὶ γὰρ, εἰ μὲν ἦν στρατῷ
πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν·
νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίους πνοὰς θεὸς,
μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον.
γένοιτο δ' εὖ πως. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

ΧΟ. σὺ μὲν, ὦ πατρὶς Ἰλιὰς, στροφὴ α'.
τῶν ἀπορθήτων πόλις
οὐκέτι λέξει· τοῖον Ἑλ-

876. γενέσθαι τόνδ' ἐμοὶ Ald. γενέσθω edidit Brunckius ex membr. τόνδε μὲν fere omnes MSS. Per ellipsin fortasse defendi posset lectio vulgata; sed, quoniam et alibi variatur, Iph. T. 807. Troad. 727. γενέσθω nunc admisi.

878. πλασθεῖσα Ald. et MSS. Sed altera forma, quæ alibi apud Euripidem occurrit, melior videtur, et ita Brunckius.

885. δισσῇ μερίμνᾳ Ald.

888. οὐρίας Aldus et plerique MSS. οὐρίους Brunckii membr. Mosq. 2. Supra 886. ἔστω τάδ' Paraphrastes. ἔστιν pro ἔσται male Iph. A. 1039. ἔστω Soph. Phil. 893. ubi Brunckius recte ex Aldo ἔσται.

895. τοιόνδ' Aldus et MSS. Sed δ' delevit Kingius.

λάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει,
 δορὶ δὴ, δορὶ πέρσαν.
ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι
πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου
κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι,
τάλαιν'· οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω.
μεσονύκτιος ὠλλύμαν, ἀντιστρ. α΄.
ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος
ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις κίδναται·
μολπᾶν δ' ἄπο καὶ χοροποιῶν
 θυσιᾶν καταπαύσας
πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο,
ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ,
ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.
ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις στροφὴ β΄.
μίτραισιν ἐρρυθμιζόμαν,
 χρυσέων ἐνόπτρων
λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγὰς,
ἐπιδέμνιον ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.
ἀνὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν,

896. καλύπτει Ald. κρύπτει Brunckii membr. E. K. M. N. R.

899. αἰθάλῳ al. αἰθάλου καπνοῦ Ald. et multi MSS. καπνοῦ omittit K. et ex emend. Mosq. 4.

900. οἰκτροτάτᾳ Ald. et MSS. Quidam οἰκτροτάταν, nominatim G. J. ut ex A. P. dedit Musgravius.

904. σκίδναται M. N. Mosq. duo. Anceps de hoc judicium; sed nemo dubitare possit, quin κίδνατο male ediderit Kingius. Virgil. Æn. II. 277. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit, et dono Divom gratissima serpit.*

906. θυσιᾶν MSS. quidam. θυσιῶν Ald. χαροποιὸν θυσίαν ex prima membr. lectione Brunckius, χαροποιῶν Ald. sed C. a m. pr. ut edidi. Vide ad Phœniss. 800.

909. ναυτᾶν Valckenaerius, quod minus poeticum est; imo "metro refragatur," si Ammonio credimus!

910. Ald. et MSS. ἐμβεβαῶτα.

911. ἐγὼ δέ τοι MSS. non pauci contra metrum.

913. ἐσόπτρων Eustath. ad Il. H. p. 690, 41 = 568, 20.

914. εἰς Ald. MSS. quidam et edd. ἐς contra metrum.

915. Levissima menda tamdiu servari non debebat, ἐπιδέμνιος. Lege ἐπιδέμνιον, et verte, *torum vestibus stratum.*

κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροί-
ας τόδ'· Ὦ παῖδες Ἑλλάνων, πότε
δὴ, πότε τὰν Ἰλιάδα σκοπιὰν
πέρσαντες ἥξετ' οἴκους;
λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος ἀντιστρ. β'.
λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,
σεμνὰν προσίζουσ'
οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν, ἁ τλάμων·
ἄγομαι δὲ, θανόντ' ἰδοῦσ' ἀκοίταν
τὸν ἐμὸν, ἅλιον ἐπὶ πέλαγος[η]·
πόλιν τ' ἀποσκοποῦσ', ἐπεὶ
νόστιμον ναῦς ἐκίνησεν πόδα,
καί μ' ἀπὸ γᾶς ὥρισεν Ἰλιάδος,
τάλαιν', ἀπεῖπον ἄλγει·
τὰν τοῖν Διοσκούροιν Ἑλέναν κάσιν, Ἰ- ἐπῳδός.
δαῖόν τε βούταν αἰνόπαριν, κατάρᾳ
διδοῦσ', ἐπεί με
γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν
ἐξῴκισέν τ' οἴκων γάμος, οὐ γάμος, ἀλλ'
ἀλάστορός τις οἰζύς·
ἂν μήτε πέλαγος ἅλιον ἀπαγάγοι πάλιν,
μήτε πατρῷον ἵκοιτ' ἐς οἶκον.

919. Ἰλιάδος Ald. Ἰλιάδα omnes fere MSS. et Eustath. ad Iliad. B. p. 206, 13=156, 14. Procem. p. 5, 21=4, 18.

920. ἥξετ' ἐς οἴκους Ald. et MSS. Præpositionem recte delevere viri docti.

921. φίλα Ald. et multi MSS. ut falli putem Kingium, cum ait se ex cunctis codicibus edidisse φίλια, quanquam ita quoque satis multi.

931. Διοσκόροιν Brunckius ex membr. Ald. et ceteri Διοσκούροιν.

936. οἰζὺς scripsi, ut semper Attici, non ὀϊζύς.

η. Ita post πέλαγος plenius distinxi quam Porsonus, ut ἀποσκοποῦσα cum ἀπεῖπον jungatur. Hoc melius puto, quam cum Matthiæo v. 930. parenthetice sumere. Si quis δὲ potius quam τε post πόλιν requirat, ego non dissentio: sed hoc quoque probum.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σὺ,
Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν, πόλιν τε σὴν,
τήν τ' ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν.
φεῦ. οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστὸν, οὔτ' εὐδοξία,
οὔτ' αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.
φύρουσι δ' αὐτὰ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω,
ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ
σέβωμεν αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
θρηνεῖν, προκόπτοντ' οὐδὲν εἰς πρόσθεν κακῶν;
σὺ δ' εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας,
σχές· τυγχάνω[θ] γὰρ ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις
ἀπὼν, ὅτ' ἦλθες δεῦρ'· ἐπεὶ δ' ἀφικόμην,
ἤδη πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντί μοι
εἰς ταυτὸν ἥδε συμπίτνει δμωῒς σέθεν,
λέγουσα μύθους, ὧν κλύων ἀφικόμην.

ΕΚ. αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.
ὅτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ', αἰδώς μ' ἔχει,
ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ', ἵν' εἰμὶ νῦν,
κοὐκ ἂν δυναίμην προσβλέπειν σ' ὀρθαῖς κόραις.

941. ἔγγονον MSS. pars, ut fere semper in similibus.

944. αὖθ' οἱ θεοὶ Ald. et MSS. Sed recte Hermannus delevit articulum.

945. ὡς ἂν ἀγνωσίᾳ MSS. non pauci. Harl. etiam pejus, ὡς ἂν ἀναγνωσίᾳ.

950. ἐπεί γ' edd. quædam. ἐπεὶ δ' Ald. et MSS.

951. Singularis lectio in G. ἕλκοντί μοι.

957. Hic versus spurius videtur. Tolerabilior paullo videretur, si aut post 958. poneretur, aut hic legeretur κἂν pro ἐν, ibi οὐκ pro κοὐκ.

958. Eandem locutionem usurpavit etiam Euripides Iph. A. 856. Χαῖρ', οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ. Paullo diversus est loci Sophoclei Œd. T. 528. sensus, Ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενός. diversus etiam Ovidiani Met. II. 776. *Nusquam recta acies.* Pro *intrepido vultu* occurrit apud Lucanum IX. 904. *Qui potuere pati radios, et* LUMINE RECTO *Sustinu-*

θ. Vid. ad v. 578.

ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύσνοιαν ἡγήσῃ σέθεν,
Πολυμῆστορ· ἄλλως δ' αἴτιόν τι καὶ νόμος,
γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.
ΠΟ. καὶ θαῦμά γ' οὐδέν. ἀλλὰ τίς χρεία σ' ἐμοῦ;
τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;
ΕΚ. ἴδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι
καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς· ὀπάονας δέ μοι
χωρὶς κέλευσον τῶνδ' ἀποστῆναι δόμων.
ΠΟ. χωρεῖτ'· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ' ἐρημία.
φίλη μὲν εἶ σὺ, προσφιλὲς δέ μοι τόδε
στράτευμ' Ἀχαιῶν. ἀλλὰ σημαίνειν σε χρὴ,
τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα μὴ πράσσουσιν εὖ
φίλοις ἐπαρκεῖν· ὡς ἕτοιμός εἰμ' ἐγώ.
ΕΚ. πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ', ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς
Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις,
εἰ ζῇ· τὰ δ' ἄλλα δεύτερόν σ' ἐρήσομαι.
ΠΟ. μάλιστα· τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.
ΕΚ. ὦ φίλταθ', ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις.
ΠΟ. τί δῆτα βούλει δεύτερον μαθεῖν ἐμοῦ;
ΕΚ. εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τι μου;
ΠΟ. καὶ δεῦρό γ' ὡς σὲ κρύφιος ἐζήτει μολεῖν.

ere diem, quem nimis serviliter imitatur Claudianus Præf. ad III. Consulat. Honorii. *Et* RECTO *flammas imperat* ORE *pati.* Hæc addas iis, quæ vir summus Bentleius congessit ad Horat. Carm. I. 3. 18. Quod ibi Hesychio restituit, ἀτάρμυκτον quam proxime habet codex unicus a Schowio collatus. Citat quidem Albertus ἀταρβήτοις προσώποις ex Empedocle apud Plutarch. de Defectu Orac. p. 400. B. quæ verba si Wyttenbachius a prosa oratione separasset, et sic edidisset, Ἀνταυγεῖν πρὸς Ὄλυμπον ἀταρμύκτοισι προσώποις, alios nescio; ego certe non irascerer.

968. φίλη μὲν ἡμῖν εἶ σὺ Ald. Sed ἡμῖν omittunt plures MSS. manifesto ex quatuor præcedentibus literis natum. τόδε imperite et mala fide delevit Barnesius.

969. χρὴ Ald. et MSS. δεῖ Brunckius ex conjectura. Vide supra ad 282.

978. Virgil. Æn. III. 331. *Ecqua tamen puero est amissæ cura parentis?* BARNES.

979. κρυφίως Ald. κρύφιος multi MSS. et sic edidit Kingius. Sæpe adverbia et adjectiva commutantur. In Aristoph. Eccl. 283. ὀρθρίοις pro ὀρθρίως lege ex ed. Juntina 1515. et Suida v. ὑπαποτρέχειν.

ΕΚ. χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων;
ΠΟ. σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος.
ΕΚ. σῶσόν νυν αὐτὸν, μήδ' ἔρα τῶν πλησίον.
ΠΟ. ἥκιστ'· ὀναίμην τοῦ παρόντος, ὦ γύναι.
ΕΚ. οἶσθ' οὖν ὃ λέξαι σοί τε καὶ παισὶν θέλω;
ΠΟ. οὐκ οἶδα· τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ.
ΕΚ. ἔστω φιληθεὶς, ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλεῖ.
ΠΟ. τί χρῆμ', ὃ κἀμὲ καὶ τέκν' εἰδέναι χρεών;
ΕΚ. χρυσοῦ παλαιαὶ Πριαμιδῶν κατώρυχες.
ΠΟ. ταῦτ' ἔσθ', ἃ βούλει παιδὶ σημῆναι σέθεν;
ΕΚ. μάλιστα, διὰ σοῦ γ'. εἶ γὰρ εὐσεβὴς ἀνήρ.
ΠΟ. τί δῆτα τέκνων τῶνδε δεῖ παρουσίας;
ΕΚ. ἄμεινον, ἢν σὺ κατθάνῃς, τούσδ' εἰδέναι.
ΠΟ. καλῶς ἔλεξας τῇδε, καὶ σοφώτερον.
ΕΚ. οἶσθ' οὖν Ἀθάνας Ἰλίας ἵνα στέγαι.
ΠΟ. ἐνταῦθ' ὁ χρυσός ἐστι; σημεῖον δὲ τί;
ΕΚ. μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω.
ΠΟ. ἔτ' οὖν τι βούλει τῶν ἐκεῖ φράζειν ἐμοί;
ΕΚ. σῶσαί σε χρήμαθ', οἷς ξυνεξῆλθον, θέλω.
ΠΟ. ποῦ δῆτα; πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;
ΕΚ. σκύλων ἐν ὄχλῳ ταῖσδε σώζεται στέγαις.
ΠΟ. ποῦ δ'; αἵδ' Ἀχαιῶν ναύλοχοι περιπτυχαί.
ΕΚ. ἴδιαι γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι.
ΠΟ. τἄνδον δὲ πιστὰ, κἀρσένων ἐρημία;
ΕΚ. οὐδεὶς Ἀχαιῶν ἔνδον, ἀλλ' ἡμεῖς μόναι.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν

982. τοῦ πλησίον Eustath. ad Il. A. p. 52, 23=39, 29. K. p. 792, 19=707, 10. Ψ. 1312, 20=1429, 42. Videtur τοῦ πλησίον Schol. apud Arsenium legisse: sic certe habent G. M. N.

984. Ald. ἃ. Harl. ὃ. In versu sequenti omnes τοῦτο præter membr. in quibus ταῦτα.

986. φιλεῖ Mosq. 4. et η super εῖ.

994. Ἰλίας. Sic plerique MSS. Levi errore Aldus Ἰλιᾶς. Hoc adjectivum e Steph. Byzantino recte se habere Brunckius ostendit.

999. Ald. ἐντὸς ἢ κ. Leve vitium sustulit Valckenaerius.

1002. Ald. ἰδίᾳ. Alterum Brunckius ex membr.

1005. ἀλλ' omittit R.

λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα·
ὡς πάντα πράξας, ὧν σε δεῖ, στείχῃς πάλιν
ξὺν παισὶν, οὗπερ τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον.

ΧΟ. οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην.
ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν
λέχριος, ἐκπέσῃ φίλας καρδίας,
ἀμέρσας βίον· τὸ γὰρ ὑπέγγυον
δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὗ ξυμπίτνει,
ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν[ι].
ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπὶς, ἥ σ' ἐπήγαγε

1007. *ῥέξας* pro *πράξας* N.

1010. *ἐς* Ald. et sic, vel *εἰς*, omnes prope MSS. Delent Brunckius et Beckius. omittit Mosq. 1. Forsan, *ἐς ἄντλον πεσὼν*, non *ἐμπεσών*. Et sic dedi e N. Jam versus 1010. 1011. 1016. 1017. sunt ejusdem speciei, et versus 1012. 1013. ejusdem generis, ut alteri pro alteris, Bacchio in Pæonem quartum resoluto, usurpari queant. *ἐς ἄντλον ἐμπεσὼν* familiari propius est sermoni; sed illud apud Tragicos usitatum. Vide supra 50. 915. Aristoph. Pac. 139. *Τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος*; Thesm. 1133. *Πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.* Quorum versuum prior e Nostri Bellerophonte, secundus ex Andromeda desumtus videtur. Mox poteris quidem legere *ἐκπεσεῖ*, sed melius *ἐκπέσῃ*, ut *ἢν* vel *ὅταν* subaudiatur. Brunckius, qui *ἐκπέσῃ* retinuit, *excides* interpretatur; Hermannus, qui *ἐκπεσεῖ* edidit, pro tertia persona capit. *ἐκπεσῇ* E. F. Versus 1014. est dimeter iambicus. Ceterum *'Αΐδαν* 1016. est creticus, quod in choro licet, quodque semel in senario admisisse videtur Euripides apud Lucian. Necyom. T. I. p. 456, 14. *Οὐκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν 'Αΐδης μ' ἐδέξατο.* Euripides fortasse secutus est Simonidem Stobæi XCVI. (XCVIII.) p. 403. Grot. 529. 36. Gesn. *Πέμπει μελαίνης 'Αΐδης ὑπὸ χθονός.*

1012. *βίον* dedi pro *βίοτον*. Mox enim 1017. *βίοτον* M. N. Idem mendum alibi, ut supra 213. *βίοτον* C. licet contrarium sit multo frequentius.

1013. *θεοῖς οὐ* Ald. *ὀξὺ πίτνει* Cott. *οὐ* omittit L. Recte Musgravius *οὗ*. recte etiam *θεοῖσιν* M. N.

ι. Hujus loci neque de lectione neque de sensu satis constat. Vellem edidisset Pors. *ἐκπεσεῖ* (ut *ἐκπεσεῖ χθονὸς*, Med. 451, 459.) tali fere sensu: *Ut qui in mare importuosum inciderit, tu vita excides, (tu) qui privasti (alium.)* (Cf. *δράσαντι παθεῖν*, Æsch. Choëph. 307.) Deinde, præeuntibus Hemsterhusio et Musgravio, *Ubi contingit eundem et humanæ justitiæ et deorum vindictæ esse addictum* (nisi malis *θεοῖσιν* de *divina providentia* interpretari *justitiam adjuvante*), *illi certissimum exitium imminet.*

θανάσιμον πρὸς Ἀΐδαν, ὦ τάλας·
ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον.

ΠΟ. ὤ μοι, τυφλοῦμαι φέγγος ὀμμάτων τάλας.
ΗΜΙΧ. ἠκούσατ' ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἰμωγὴν, φίλαι;
ΠΟ. ὤ μοι μάλ' αὖθις, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς.
ΗΜΙΧ. φίλαι, πέπρακται καίν' ἔσω δόμων κακά.
ΠΟ. ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε λαιψηρῷ ποδί·
βάλλων γὰρ οἴκων τῶνδ' ἀναῤῥήξω μυχούς.
ΗΜΙΧ. ἰδοὺ, βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος.
βούλεσθ' ἐπεισπέσωμεν; ὡς ἀκμὴ καλεῖ
Ἑκάβῃ παρεῖναι Τρῳάσιν τε συμμάχους.
ΕΚ. ἄρασσε, φείδου μηδὲν, ἐκβάλλων πύλας·
οὐ γάρ ποτ' ὄμμα λαμπρὸν ἐνθήσεις κόραις,
οὐ παῖδας ὄψει ζῶντας, οὓς ἔκτειν' ἐγώ.
ΗΜΙΧ. ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα, καὶ κρατεῖς ξένου,
δέσποινα, καὶ δέδρακας, οἷά περ λέγεις;
ΕΚ. ὄψει νιν αὐτίκ' ὄντα δωμάτων πάρος

1016. ἰὼ τάλας Ald. Πολ. ἰὼ ἰὼ τάλας. Χορ. ἀπολέμῳ MS. Reg. Soc. cum quibusdam aliis.

1020. τέκνων contra metrum MSS. non pauci.

1022. ἀλλ' οὔτι με φύγητε Ald. Musgravii MSS. omnes, ipso teste, μὴ φύγητε. Quibus accedunt C. K. Mosq. 3. 4. μοι φύγοιτε Mosq. 1. μοι φύγητε G. με φύγητε MS. Reg. Soc. in textu, sed μὴ suprascripto. μὴ φύγηται E. Correxerat aliquis in vulgatis μ' ἐκφύγητε, unde Dawesius sagaciter, licet minus recte, hanc scilicet MSS. lectionem esse ratus, elicuit μὴ 'κφύγητε. Cyclop. 662. Ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε τῆσδ' ἔξω πέτρας.

1025. ἐπισπέσωμεν Ald.

1030. Θρῇκα in textu omittunt Mosq. 4. R. sed addit R. inter lineas. Sanissima est vulgata. Idem est ac si scripsisset, καθεῖλες Θρῇκα ξένον καὶ κρατεῖς. Herc. 842. Γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος. apud Athen. xiv. p. 641. C. Stobæum li. p. 197. ed. Grot. 355, 22. Gesn. Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος; Sophocl. Trach. 97. Ἅλιον αἰτῶ Τοῦτο καρύξαι, τὸν Ἀλκμήνας πόθι μοι, πόθι παῖς Ναίει ποτ'. Ubi cum suppleat παῖδα post Ἀλκμήνας Scholiastes, Aldus vero πόθι μοι, πόθι μοι παῖς habeat, potes ejicere παῖς et legere πόθι μοι πόθι μοι. Sed alterum melius. Θρὴξ ξένος vocatur Polymestor etiam 762. 878. Male etiam R. omittit πατὴρ 703. Sæpe verba ad sensum non necessaria inculcant scribæ, nec tamen raro omittunt voces, sine quibus sententiam bene procedere opinantur. Omittunt Θρῃκὶ in hac ipsa fabula 19. Aug. 1. Ἑκάβῃ 1269. Aug. 4.

τυφλὸν, τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδὶ,
παίδων τε δισσῶν σώμαθ', οὓς ἔκτειν' ἐγὼ
ξὺν ταῖς ἀρίσταις Τρῳάσιν· δίκην δέ μοι
δέδωκε· χωρεῖ δ', ὡς ὁρᾷς, ὅδ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι, κἀποστήσομαι
θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ.

ΠΟ. ὤ μοι ἐγὼ,
πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω,
τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος;
ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω,
τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρῄζων
Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν;
τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν·
ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ
πτώσσουσι μυχῶν;
εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι', ἀκέσαιο[κ], τυφλὸν, Ἅλιε,

1033. Exemplis, quæ conduxi ad Phœniss. 1722. adde Lycophron. 1102. Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς.

1038. ῥέοντι Ald. edd. et MSS. plures. ζέοντι Barnesius vel ex MS. vel ex conjectura. θυμὸν ζέοντι Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 224. ed. nov. Edidi ζέοντι, cum sit in Harl. ζέοντι quoque C. unde, ut opinor, sumsit Barnesius. Θυμῷ defendi posse videtur loco e Sophocl. Trachin. 446. infra citato ad 1117. Phot. Lex. MS. Ζέσας θυμῷ: ἐξαφθεὶς τῇ ψυχῇ. Concinnior tamen est Ruhnkenii emendatio, quam recepissem, si vel unus codex diserte repræsentaret. Favet aliquatenus Aug. 2. θυμῶν.

1042. κατ' ἴχνος interpretatur glossa, ὁμοίως τῷ ἴχνει. Sed legendum videtur, καὶ κατ' ἴχνος, ut ἴχνος simpliciter pro *pede* capiatur. Bacch. 1122. ἔφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην, Ἡ δ' ἼΧΝΟΣ αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦσι δὲ Πλευρὰ σπαραγμοῖς. Catull. Nupt. Pel. et Thet. LXIII. 162. *Candida permulcens liquidis* VESTIGIA *lymphis.* (Nunc malim καὶ tantum pro κατ'.)

1043. τήνδ' Ald. τάνδ' MSS. quidam.

1047. ἰὼ ἰὼ κατάρατοι Ald. alterum MSS. Mox σίγα bis Ald.

κ. Punctum post ἀκέσαιο tollit Matthiæus; quare, nescio: τυφλὸν enim cum φέγγος conjungendum est, et valet *cæcitatem*. Bene Heath. *tenebris fugatis.* Cf. Med. 989. ὀλέθριον βιοτὰν, et ibi notata.

φέγγος ἀπαλλάξας.
ἆ ἆ. σίγα· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι
τᾶνδε γυναικῶν.
πᾶ πόδ' ἐπᾴξας, σαρκῶν ὀστέων τ'
ἐμπλησθῶ, θοίναν ἀγρίων θηρῶν
τιθέμενος, ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ἰὼ τάλας,
ποῖ, πᾶ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν
Βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι,
σφακτὰν κυσίν τε φοινίαν
δαῖτ' ἀνήμερον, ὀρείαν τ' ἐκβολάν;
πᾶ στῶ, πᾶ κάμψω, πᾶ βῶ,
ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασιν
λινόκροκον φάρος στέλλων,
ἐπὶ τάνδε συθεὶς,
τέκνων ἐμῶν φύλαξ,
ὀλέθριον κοίταν;

1053. γυναικᾶν Ald. Quanquam plerumque proniores sunt librarii ad delenda quam retinenda dialectorum discrimina, aliquando tamen, ut nunc, nimio Dorismi studio peccare videas. τῶνδε γυναικῶν Priscianus Aldi XVIII. p. 226. a. sed locum omisit Putschius.

1060. Sic Mosq. 3. et, opinor, alii. φονίαν Ald.

1061. οὐρείαν τ' Ald.

1062. πᾶ στῶ, πᾶ βῶ, πᾶ κάμψω, G. quod si probas, insuper transponendum, πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, ut supra 1040. Hæc verba junxit etiam Sophocles Aj. 1237. Ποῦ βάντος, ἢ ποῦ στάντος; ubi Ποῖ βάντος recte habere videtur Brunckii codex, licet ceteri et Schol. ad 1273. ποῦ dent. Philoct. 833. ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει; Noster Alcest. 876. Ποῖ βῶ; πῆ στῶ; ubi ποῖ στῶ Lasc. quod fortasse ex πᾶ depravatum: ποῦ enim quietem notat; ποῖ motum; πᾶ in utramvis partem sumitur, ut monuit Scholiastes ad Aristophan. Plut. 447. ubi hujus dramatis versum 1040. citat. Sæpissime in his et similibus terminationibus variant librarii. Sunt etiam loca, in quibus fere dubites utrum præferas. Paullo supra 1008. legi etiam posset οἶπερ. Iph. T. 113. 119. ὅποι accipiendum quasi esset ἐκεῖσε ὅπου, quomodo in Sophocl. Philoct. 481. ἐμβαλοῦ μ' ὅπη θέλεις ἄγων, Εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῶραν, εἰς πρύμναν, ὅποι Ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν. Sed ποῖ cum verbo εἶναι conjunctum non tolerandum arbitror.

1064. φάρος στελῶν Hesychius, suo vel librarii errore, quem correxit Albertus.

1065. ἐπὶ τάνδ' ἐσσυθείς Ald. Sed συθεὶς, quod Grammaticæ leges flagitant, multi habent MSS. Vide Valckenaer. ad Theocr. p. 266.

ΧΟ. ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύσφορ' εἴργασται κακά·
δράσαντι δ' αἰσχρὰ δεινὰ τἀπιτίμια
δαίμων ἔδωκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.
ΠΟ. αἶ, αἶ, ἰὼ Θρῄκης
λογχοφόρον, εὔοπλον, εὔιππον,
Ἄρει κάτοχον γένος.
ἰὼ Ἀχαιοὶ, ἰὼ Ἀτρεῖδαι.
βοὰν, βοὰν ἀϋτῶ, βοάν.
ἴτ', ἴτε, μόλετε, πρὸς θεῶν.
κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
γυναῖκες ὤλεσάν με,
γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ, δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὤ μοι ἐμᾶς λώβας.
ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;
αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον
ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, Ὠρίων
ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας
ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς;
ἢ τὸν ἐς Ἀΐδα μελανοχρῶτα
πορθμὸν ἀΐξω τάλας;

ΧΟ. ξύγγνωσθ', ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ
πάθῃ, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζόης.

1070. δέδωκεν Ald. et MSS. pars. Sed mollius alii ἔδωκεν. Porro ἔθηκεν Lib. P. quod per se bonum esset; sed sumtum est ex v. 711. alterum confirmant Sophocles Electr. 1382. Καὶ δεῖξον ἀνθρώποισι ΤΑΠΙΤΙΜΙΑ Τῆς δυσσεβείας οἷα ΔΩΡΟΥΝΤΑΙ θεοί. Herodotus IV. 80. τοῖσι δὲ παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι.

1072. ἔνοπλον Ald. et MSS. Sed εὔοπλον Eustath. ad Iliad. B. p. 358. 32 = 271, 33.

1076. ἴτε bis Ald. recte. Quidam, ἴτε, alii ὦ ἴτε semel, alii bis.

1090. Aldus et MSS. ζωῆς. Alteram formam reposui ob metrum ex C. qui ζωῆς habet, sed ο eadem manu suprascriptum. Si quis cum Brunckio primam in ζωῆς corripi posse contendat, judicio suo fruatur. Incertus Tragicus apud Stobæum p. 483. ed. Grot. Οὐδὲν γὰρ ἄλγος, οἷον ἡ πολλὴ ζόη. Ibi quoque editur ζωή. Ibid. p. 481. in Herodis choliambis male ζωῆς pro ζόης, sed integri ver-

ΑΓ. κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον· οὐ γὰρ ἥσυχος
πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ' ἀνὰ στρατὸν
Ἠχὼ διδοῦσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾖσμεν Ἑλλήνων δορὶ,
φόβον παρέσχ' ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.
ΠΟ. ὦ φίλτατ', ᾐσθόμην γὰρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν;
ΑΓ. ἔα. Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσε;
τίς ὄμμ' ἔθηκε τυφλὸν, αἱμάξας κόρας,
παῖδάς τε τούσδ' ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον
σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅστις ἦν ἄρα.
ΠΟ. Ἑκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν
ἀπώλεσ'· οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.
ΑΓ. τί φής; σὺ τοὔργον εἴργασαι τόδ', ὡς λέγει;
σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ' ἔτλης ἀμήχανον;
ΠΟ. ὤ μοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;
σήμηνον· εἰπὲ ποῦ 'σθ', ἵν' ἁρπάσας χεροῖν
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.
ΑΓ. οὗτος, τί πάσχεις; ΠΟ. πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,
μέθες μ' ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.
ΑΓ. ἴσχ'· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον
λέγ', ὡς ἀκούσας σοῦ τε, τῆσδέ τ' ἐν μέρει,

sus digni sunt propter singularem elegantiam, qui ascribantur: Ἐπὴν τὸν ἐξηκοστὸν ἥλιον κάμψῃς, Ὦ Γρύλλε, Γρύλλε, θνῆσκε καὶ τέφρη γίγνου. Ὡς τυφλὸς οὐπέκεινα τοῦ βίου καμπτήρ· Ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζόης ἀπήμβλυνται. Sic etiam adjectivo ζοὸς utebantur. Archilochi locum in Stobæi ceteris editionibus male, in Grotiana pessime habitum, Serm. ult. sic lege: Οὔτις αἰδοῖος μετ' ἀστῶν, καίπερ ἴφθιμος, θανὼν Γίγνεται· χάριν δὲ μᾶλλον τοῦ ζοοῦ διώκομεν Οἱ ζοοὶ, κάκιστα δ' αὐτῷ τῷ θανόντι γίγνεται.

1091. ἥσυχος Ald. et MSS. pene omnes, ἡσύχως N. ut Brunckius ex membranarum varia lectione.

1093, 4. Ἀχὼ et Ἑλλάνων Ald. et 1098. δύστανε.

1094. ἴσμεν Ald. et MSS. Sed ᾖσμεν Etymologus M. p. 439, 1. Nempe pro ᾔδειμεν, ᾔδειτε, ᾔδεσαν, Attici contracte dicebant, ᾖσμεν, ᾖστε, ᾖσαν, quas formas multis locis restituit Piersonus ad Mœrin p. 174, et Addend.

1095. παρέσχεν Ald. et MSS. παρέσχ' ἂν primus reponendum monuit Heathius. παρέσχεν ἂν N. et Dorv.

1101. σοί τε καὶ MSS. nonnulli.

κρίνω δικαίως, ἀνθ' ὅτου πάσχεις τάδε.
ΠΟ. λέγοιμ' ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν,
ὕποπτος ὢν δὴ Τρωϊκῆς ἁλώσεως.
τοῦτον κατέκτειν'· ἀνθ' ὅτου δ' ἔκτεινά νιν,
ἄκουσον, ὡς εὖ καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.
ἔδεισα μή σοι πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν,
γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις αἴροιεν στόλον,
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες· γείτοσιν δ' εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Ἑκάβη δὲ, παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον,
λόγῳ με τοιῷδ' ἤγαγ', ὡς κεκρυμμένας
θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ἰλίῳ
χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰσάγει
δόμους, ἵν' ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.
ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γόνυ·
πολλαὶ δὲ, χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
'θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς,
ἤνουν θ', ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους·
ἄλλαι δὲ, κάμακα Θρῃκίαν θεώμεναι,

1117. ὕποπτος active. Æschylus Prom. 890. τοῖς πεδαρσίοις κτύποις Πιστὸς, τινάσσων χειρὶ πυρπνόον βέλος. Soph. Œd. C. 1031. Ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε. Trach. 446. Ὥστ' εἴ τι τῷ 'μῷ τἀνδρὶ [τ' ἀνδρὶ] τῇδε τῇ νόσῳ Ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι. Vide Phœn. 216. et adde ἀμφιπλήκτων Sophocl. Phil. 688.

1128. δόλῳ, et 1129. ὑπ' Ἰλίῳ Ald. Sed λόγῳ et ἐν Ἰλίῳ plures Codices. Contra 752. ἐν Ἰλίῳ J.

1130. μόνον—δόμους citat Priscianus XVIII. p. 239. b. Ald. sed omittit Putschius.

1133. χεῖρες Ald. et MSS. χειρὸς edidit Barnesius. δεξιὰν χεῖρα plene dixit supra 342. ἐπ' ἀριστερᾶς Ald. errore forsan typorum, et mox 1136. λεύσουσαι.—Nunc video, codicem unum aut alterum ἐπ' ἀριστερᾶς præbere.

γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.
ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλούμεναι
τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς
γένοιτο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.

1141. γένοιντο Ald. γένοιτο, quod paullo melius est, habent Aug. 2. Mosq. 4. MS. Reg. Soc. a prima manu.—Si quis tamen discipulorum meorum non intelligit, quid sibi velint tenebricosa ista verba, *quod paullo melius est*, sic habeat. Rem tritam nimis et vulgarem fortasse quibusdam annotare videbor; ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται. Scilicet in ipsis Grammatices elementis docemur, *neutra pluralia verbo singulari gaudere;* mox vero hanc regulam complures exceptiones admittere. Quantum equidem judicare possum, veteres Attici hanc licentiam, si scilicet licentia appellanda est, ut plurale verbum neutri plurali subjicerent, nunquam usurpabant, nisi ubi de animantibus ageretur. Sed si plurale verbum sine discrimine adhibere licuisset, an credibile est tam commoda licentia tam raro abusuros? Occurrerent tum, opinor, plurima hujus usus exempla, quæ per metrum refingere nullo modo possemus. Nunc pauca ea, quæ occurrunt, generalem regulam singulari sua ratione stabiliunt potius quam convellunt. Recte dixit Euripides Herc. F. 47. τέκνα μὴ θάνωσι. Recte etiam legimus in Aristoph. Acharn. 805. 'Ενεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων Τοῖς χοιριδίοισιν. ἆρα τρώξονται; βαβαὶ, Οἷον ῥοθιάζουσ', ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις. Ποδαπὰ τὰ χοιρί'; ὡς Τραγασαῖα φαίνεται. 'Αλλ' οὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας. Ubi per metrum legere posses, τρώξεται et κατέτραγεν, ῥοθιάζει legere non posses. Eupolis apud Herodianum in Villoisoni Anecdotis T. II. p. 88. καὶ λέγουσί γε Τὰ μειράκια προϊστάμενα τοῖς ἀνδράσιν. In Plut. 833. ἀπέλιπον vel ἐπέλιπον habent quidam codices, male quod ad numerum attinet; sed metro non minus convenienter. At in Eccles. 839. omnes editiones Brunckianam præcedentes φρύγονται πράγματα pro fine senarii præbent. Alexis Athenæi x. p. 422. B. Νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ. Vides optimum trochaicum. Sed citat γίνονται Eustathius ad Odyss. Σ. p. 1837, 21 = 656, 1. Cum igitur hæc ita contra certissimas metri leges turbaverint librarii, quid eos facturos censes in solutæ orationis scriptoribus? Plato de Republ. IV. p. 429. D. HSt. 449. B. Læmar. ὅπως (τὰ ἔρια) δέξωνται ὅτιμάλιστα τὸ ἄνθος. Rectius δέξηται MS. Platonis et Stobæus p. 252, 25. a Valckenaerio ad Callimachea p. 193. indicatus, sed rectissime δέξεται editiones Trincavelli et Gesneri prima p. 264, 18. item secunda p. 252, 27. A.D. 1549. et tertia 1559. δέξηται Francofurt. 1581. p. 433, 25. Leviter hoc argumentum attigi ad Orest. 596. Alius locus occurrit in Aristophanis Acharn. 519. notari dignus. 'Αλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα—'Εσύκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια· Κεἴπου σίκυον εἶδεν ἢ λαγῴδιον,—Ταῦτ' ἦν Μεγαρικά. Ubi recte ex Suida et MSS. ἴδοιεν restituere viri docti. Sed nullo modo tolerari potest in Pac. 599. προσγελάσονται, licet ita ediderit Brunckius, metrico Scholiastæ nimis credulus. Nam versus 596—599. e Creticis et Pæonicis constant, ita legendi: Ὥστε σὲ τά τ' ἀμπέλια, Καὶ τὰ νέα συκίδια, Τἄλλα θ' ὁπόσ' ἐστὶ φυτὰ, Προσγελάσεται λαβόντ' ἄσμενα. In talibus vero locis, qualis est is Euripidis, quem præ manibus habemus, *paullo meliorem* censeo numerum singula-

κᾆτ᾽ ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων
εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν᾽ ἐκ πέπλων ποθὲν
κεντοῦσι παῖδας· αἱ δὲ, πολεμίων δίκην,
ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας
καὶ κῶλα· παισὶ δ᾽ ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς,
εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμὸν,
κόμης κατεῖχον· εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυτον τάλας.
τὸ λοίσθιον δὲ, πῆμα πήματος πλέον,
ἐξειργάσαντο δείν᾽· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων,
πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν· εἶτ᾽ ἀνὰ στέγας
φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ,
θὴρ ὣς, διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας,
ἅπαντ᾽ ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,
βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν
πέπονθα τὴν σὴν, πολέμιόν τε σὸν κτανὼν,
Ἀγάμεμνον. ὡς δὲ μὴ μακροὺς τείνω λόγους,
εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
ἢ νῦν λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν,

rem, si præbent codices; sine codicibus nihil mutandum.—Mox διαδοχαῖσιν Ald. et plures MSS. mendose. Nec tamen nimis numerosa est vulgata lectio, quippe quæ omni cæsura careat, quod apud Euripidem valde rarum est. Sed de cæsurarum natura et ratione paullo longior disputatio est, quam ut hic commode locum inveniat. Hanc igitur in illud tempus rejicere decrevi, cum in Supplemento ad Præfationem meam pauca de re metrica edisseram. Interim legendum puto διαδοχαῖς τ᾽ ἀμείβουσιν χεροῖν, vel ἀμείβονται, quorum utrumque æque usitatum est et sensui commodum; utrumque facillime in ἀμείβουσαι corrumpi potuit. Copula vero quid mirum si excidit, ubi non erat necessaria, cum toties, ubi erat necessaria, exciderit? Vide modo supra ad 355. 706. Non deerunt fortasse, qui vulgatam lectionem eo nomine defendant, quod verbum cum participio conjunctum verbis sit duobus per copulam conjunctis elegantius. Hanc objectionem paucis infra ad 1161. attingam, pag. 117.

1149. ἤνυον Ald. et MSS. Vide ad Phœn. 463.

1157. MSS. quidam ταράσσων. alii divisim, τ᾽ ἀράσσων.

1161. λέγων ἔστι τις ἢ μέλλει Ald. et MSS. fere omnes. τις ἔστιν Brunckius ex membr. τις omittit MS. Reg. Soc. Meliorem lectionem putavi eam, quam præbuit

Stobæus Grotii p. 308. eamque iterum, quando etiamnunc optima videtur, dedi. Sed difficile est lectionem ita constituere, ut omnibus placeat. Tres enim hujus versus lectiones e MSS. et Stobæo elicias, omnes, si per se spectentur, satis bonas. Vulgata, *ἢ νῦν λέγων ἔστιν τις, ἢ μέλλει λέγειν*, sic defendi potest, ut dicas *πάλιν* interpolationem esse Stobæi, cum jam pede defectum senarium invenisset, *ἢ νῦν λέγει τις, ἢ μέλλει λέγειν*. Hoc sane, ut fieri posse non nego, ita minus verisimile esse arbitror; facilius vero excidere potuisse, cum sensui non omnino necessarium videretur. Et non raro accidit, ut hæc ipsa vox vel perderetur, vel corrumperetur. In Menandri fragmento p. 126. valde probabilis est Bentleii emendatio, *Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο καὶ ψυχὴν πάλιν Λάβοιμ' ἐγώ*. Aristoph. Plut. 268. *Ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν· πῶς φῄς; πάλιν φράσον μοι*, Aldus et MSS. nonnulli *πάλιν* omiserant; sed recte addunt alii cum duabus Juntinis et Suida v. *Σωρός*. Hanc vocem, cum varie depravata esset in *πάλαι* et *πάνυ*, in exilium nullo jure miserunt Brunckius et Invernizius e Vesp. 319. Sed totum locum emendatius, quam vulgatur, describam. *Φίλοι, πάλαι μὲν τήκομαι διὰ τῆς ὀπῆς Ὑμῶν ὑπακούων, ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν. Τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ Βούλομαί γε πάλιν μεθ' ὑ-μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδίσ-κους κακόν τι ποιῆσαι.* Priores duo sunt senarii, ceteri tres Glyconici cum Pherecrateo. Delevi *εἰμι* post *οἷός τε*, quod facile subintelligitur, ut in Eq. 342. *Ὁτιὴ λέγειν οἷός τε κἀγώ*, quodque eodem modo irrepsit in Phœniss. 983. post *ἕτοιμος*. Recte deinde *ἰδεῖν* pro *ᾄδειν* correxit Dawesius, in ceteris parum felix. Simile mendum ex ejusdem fabulæ v. 1517. sustulere MSS. Particulam *δ'* addit Ravennas. Postremo ante *Τηροῦμαι δ'*, ista verba, *τί ποιήσω*, ut manifesto spuria et ex *τι ποιῆσαι* in vicinia nata, delevi. Duo loca ex Athenæi Epitome II. p. 58. D. citat Eustathius ad Odyss. A. p. 1406, 58 = 41, 40. *Τρώγοντας μολόχης ῥίζαν καὶ* * *πάμα, πρᾳότερος ἔγωγε μολόχης*. Sic bene ed. Rom. nam Bas. mendose *πρότερος*. Koënius ad Gregor. p. 215. ex Athenæo violenter corrigit, *καὶ Ἐπίχαρμος*. Sed et Antiphanis nomen modo omiserat Eustathius, et millies alias scriptorum nomina supprimit. Notum est *λι* et *λυ* ita in MSS. exarari, ut facillime pro *μ* capi possint. Scripserat Eustathii librarius, *πάλῑ*, quod *πάλιν* significat. Linea enim superducta, si vocalis præcedit, ponitur pro *ν*, si consonans, pro *α*. Ergo librarius si pro *λι* per errorem *μ* scripsit; consequitur, ut errare pergat et scribat *πάμα*. Scholiastes ad Hec. 570. *μάρτυς δὲ τούτου ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ τοῦ Σοφοκλέους· οὐδὲ γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι. καὶ ἄλλος· μήτοι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.* Pro *ἄλλος* Marklandus ad Suppl. 296. *Αἰσχύλος* emendans, actum egit; Kingius enim jam ediderat *καὶ* ΑΙΣΧΥΛΟΣ ΠΑΛ. Quid autem est illud ΠΑΛ? Nihil sane, nisi *πάλιν*, cujus ultimæ literæ per compendium significatæ, *πάλ̈*, oculos Kingii effugere. Cant. enim idem scholion habet, et clare legit *πάλιν*. In Sophoclis fragmento, quod exstetne in superstitibus fabulis, necne, nescio[λ], idem MS. recte *οὐδέν*. Aristophanes Eq. 665. *Ἴν' ἅτθ' ὁ κήρυξ οὐκ Λακεδαίμονος λέγει, Πύθησθ'· ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν λέγων.* Jure displicuit Brunckio istud *λέγων*, quod et alio nomine vitiosum est; debebat enim potius esse *λέξων* vel *ἐρῶν*. Sed neque hoc rectum esset, ut exemplis patebit. Aristophanes Av. 1531. *Ἥξουσι πρέσβεις δεῦρο*

λ. Imo in Electr. 957. ut monuit Erfurdt.

περὶ διαλλαγῶν. 1576. Ἀλλ', ὦ 'γάθ', ἡρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν Πρέσβεις. 1586. πρεσβεύοντες ἐνθάδ' ἥκομεν Παρὰ τῶν θεῶν περὶ πολέμου καταλλαγῆς. 1594. Τούτων περὶ πάντων αὐτοκράτορες ἥκομεν. Pac. 215. Κἄλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι. Lysist. 982. Κάρυξ ἐγὼν, ὦ κυρσάνιε, ναὶ τὼ σιὼ, Ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας γα περὶ διαλλαγᾶν. 1008. Ἀλλ' ὡς τάχιστα φράζε περὶ διαλλαγῶν Αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν ἐνθαδί. Sic ista loca sine articulo legenda sunt. Adde ejusdem fabulæ 1103. Ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο; περὶ διαλλαγῶν Πρέσβεις. Quid igitur versui ex Equitibus desumto faciemus? Unus Brunckii MS. in priore versu habet, λέγει πάλιν, alter λέγειν πάλιν. Dele igitur λέγων, ex λέγει vel λέγειν natum, et repone, Ἵν' ἄτθ' ὁ κήρυξ οὑκ Λακεδαίμονος λέγει, Πύθησθ', ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν. Nub. 971. αὖ πάλιν omittunt Suidæ edd. Med. Ald. v. Συμψῆσαι.

Demus igitur πάλιν retinendum: altera quæstio oritur; utrum legamus omnino cum Stobæo, ut ipse edidi, an mixtis codicum et Stobæi lectionibus novam conflemus, ἢ νῦν λέγων ἔστ', ἢ πάλιν μέλλει λέγειν. Qui hanc præferunt, tribus potissimum argumentis fortasse nitentur: primo quod pronomen τις inutiliter abundat; deinde quod ab uno codice abest, in altero sedem mutat, quæ res ambæ suppositum esse fidem faciunt; quod denique periphrasis λέγων ἔστιν elegantior est quam simplex λέγει. Sed de primo observandum est, librarios sæpissime ea verba omittere, quæ salva sententia afutura credunt; et cum τις vix unquam sensui sit prorsus necessarium, id hanc sortem præ ceteris plerisque verbis expertum fuisse. Sophoclis Trach. 3. supra citavi ad Hec. 370. Ibi tamen priores Suidæ v. Αἰὼν editiones τῳ omittunt. Sed quis ideo vulgatam, quam Stobæus quoque cv. p. 439. (562,43.) retinet, sollicitare audeat? Idem in eadem fabula 943. ὥστ' εἴ τις δύο Ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται, Μάταιός ἐστιν· οὐ γὰρ ἔσθ' ἥ γ' αὔριον, Πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν. Quem locum propter hanc ipsam pronominis repetitionem citat Eustathius ad Il. K. p. 801, 1=719, 12. Sexies repetit τις in tribus versibus Philemon p. 358. (Stob. CVIII. p. 455. ed. Grot. 570, 4. Gesn.) Noster Orest. 1216. Φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, Ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς Ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. Aliquando, fateor, hoc pronomen sine causa addidere scribæ, ut in Aristophane Vesp. 11. Κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως (τις) ἐπεστρατεύσατο, in Machone Athenæi XIII. p. 581. D. Ἐν σκυτοτομίῳ (τινὶ) μετὰ τινῶν καθήμενος. Sed multo sæpius aut ejecerunt, aut corruperunt. Quod in Aristoph. Thesm. 618. conjecit Kusterus, habet MS. Ravennas, ἀναίσχυντός τις εἶ. In eodem fragmento Machonis paullo ante legendum est χαλκοτύπος τις σφόδρ' ἀφυὴς pro χ. σφόδρ' εὐφυής. Poëta ignotus apud Scholiast. ad Iliad. Γ. 415. Ὁ θεὸς ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται, Ἀλλ' ὡς λέβης τοῦ μείζονος δεῖται πυρός. Languidum illud τοῦ Valckenaerio debetur ad Hippol. 120. Codex Townleianus recte, ἀλλ' ὡς λέβης τις. Restituendum idem pronomen duobus Philoctetæ Sophoclei locis. Prior est 196. Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ θεῶν μελέτῃ. Sic vulgo. Aldus et plerique, credo, MSS. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ θεῶν του μ. Lege, οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μ. Rarior forma in communem mutata. Antig. 750. Ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς. Alter locus mox occurrit Philoct. 203. Φωτὸς ξύντροφος, ὡς τειρομένου. Hunc versum cum Brunckius anapæsticum crederet, antistrophicum ad eandem rationem emendare voluit, ὡς resecando. Sed justus anapæsticus hiatum istum post τειρομένου non admittit. Legendum erat, τειρομένου

του. Versus est constans e spondeo, duobus choriambis et syllaba catalectica, quales sunt Aj. 628. 640. infra Philoct. 719. Πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων, 722. Ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει. Sic isti versus dividi debent. Similes sunt Œd. C. 696. 701. 703. 709. 714. 716. Aristoph. Eq. 556. 557. 586. 587. Citantur Epicharmi versus quidam a Cornuto, c. 14. p. 161. quos jam depravatos invenit Eudocia in Villoisoni Anecdotis Græcis T. I. p. 295. de Musis Cornutum exscribens. Sed partim ope MS. facillime corrigi possunt: Αἴτε τι ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον. Καὶ, Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται. Vulgatur τῆς pro τις. Idem mendum Philemonis locum leviter corrupit p. 356. (cv. p. 441. ed. Grot.) Πολλάκις ἔχων τις οὐδὲ τἀναγκαῖα νῦν, Αὔριον ἐπλούτησ', ὥστε χἀτέρους τρέφειν. Θησαυρὸν εὑρὼν σήμερον, τῆς αὔριον Ἅπαντα τὰκ τῆς οἰκίας ἀπώλεσεν. Quis non videt legendum σήμερόν τις, αὔριον? Eadem pagina (CVIII. p. 453.) legitur minus integer versus, Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ ἐὰν τοῦτο σκοπῇ, quem frustra tentavit Bentleius. Lege, Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ τις ἢν τοῦτο σκοπῇ.

Neque est quod quis arbitretur eo pronomen spurium esse, quod locum mutat. Exstat Aristophanis fragmentum e Thesmophoriazusis alteris apud Athen. III. p. 105. E. Ἰχθῦς τις ἐώνηται, ἢ σηπίδιον, Ἢ τῶν πλατειῶν καρίδων, ἢ πουλύπους; Primus versus sic citatur VII. p. 324. B. Ἰχθῦς ἐώνηταί τις. Num et ibi spurium est τις, quod locum mutat? In primo versu male Ἰχθῦς pro singulari capit Brunckius, in secundo non melius τις ante καρίδων interpolat: κάριδος enim interdum quidem secundam corripit, semper vero primam producit. Idem Aristophanes in Acharn. 568. Εἴτ' ἔστι τις Ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ τειχομάχος ἀνὴρ, βοηθησάτω τις ἀνύσας. Sic olim editi. Sed Brunckii et Invernizii MSS. εἴτε τις ἔστι. Aut igitur prius τις expungamus, quia sedis est incertæ, aut secundum, quia male repetitum. Minime gentium. Rursus idem Aristophanes in Thesmophoriazusis superstitibus 543. εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν· εἰ δὲ μὴ, αὐταὶ Ἡμεῖς γε καὶ τὰ δουλάρια, τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι. Citatur hic locus a Scholiaste Veneto ad Iliad. A. 137. in exemplum Attici ἀνανταποδότου, hoc ordine: ἔστι τις· quicum consentit codex Townleianus. Valde tamen pronus esset ad novandum, qui vulgatæ lectioni hoc nomine controversiam moveret. Aristophanes Av. 1328. Πάνυ γὰρ βραδύς τις ἐστὶν ὥσπερ ὄνος. Hic versus anapæsticus esse debet, cum versui 1316. respondeat. Versus enim 1313—1334. in strophen et antistrophen dividendi sunt, et in secundo strophes versu legendum, Καλοῖ τις ἀνθρώπων, deleta particula; in primo antistrophes reponendum πτερύγων, in secundo delendum αὖ γ', et in fine repetendi versus 1323, 1324. Utrumque ἂν et αὖ γ' omittunt Brunckii membranæ et Ravennas. Si καλεῖ cum Ravennate et editionibus retinebis, pro δ' ἂν erit δὴ legendum in versu primo. At quomodo versus 1328. anapæsticus tandem fiet? Nimirum harum ipsarum vocum transpositione, quæ in exemplis supra allatis metro satis bene convenit, in hoc versu nocet. Legendum enim, Πάνυ γὰρ βραδὺς ἐστί τις, ὥσπερ ὄνος.

Postremo erunt fortasse, qui λέγων ἔστιν elegantius putent quam simplex λέγει. Pars elegantiæ non minima est ipsa varietas; et quatenus hanc assequitur oratio, hactenus sane jucundior ad animum et aures accidit. Verum nihil tam reconditæ aut eximiæ elegantiæ hæc varietas habere mihi videtur, quin eam librarius paullo doctior in alterius locum substituere posset. Hoc exemplo non dissimili illustrem, quod in nota ad 1141. promisi. Ele-

gantius est participium cum verbo, copula omissa, conjunctum, quam duo verba per copulam conjuncta. Recte igitur, opinor, cum Brunckio 568. edidi κρύπτουσα pro κρύπτειν τε, recte Brunckius in Aristoph. Nub. 1414. e MS. dedit τύπτοντα pro τύπτειν τε, unde legendum in Æschyl. Pers. 1059. Καὶ στέρν' ἀράσσων ἐπιβόα τὸ Μύσιον. Aristoph. Pac. 405. Ἡ γὰρ Σελήνη χὠ πανοῦργος Ἥλιος Ὑμῖν ἐπιβουλεύουσι πόλυν ἤδη χρόνον, Τοῖς βαρβάροισι προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα. Cum nulla sit causa, quare oratio ἀσύνδετος maneat, conjicere possis vel τοῖς βαρβάροις τε, vel προδιδόναι, ut regatur ab ἐπιβουλεύουσι, cujus structuræ exemplum habet ipse Aristophanes Plut. 1112. alia suppeditant H. Stephanus Th. G. L. T. I. p. 770. F. et Hemsterhusius ad Lucian. Deor. Dialog. XXI. 2. p. 268. Sed Ravennatis codicis lectio ἐπιβουλεύοντες leviter mutata genuina fiet, ἐπιβουλεύοντε. Nec tamen adeo remota a librariorum cognitione erat hæc phrasis, quin eam aliquando in textum contra metrum invexerint; ut Acharn. 1145. Σοὶ δὲ ῥιγῶντι προφυλάττειν, et Pac. 628. ἣν ἐγὼ φυτεύσας ἐξεθρεψάμην, quorum vitiorum prius tollunt MSS. alterum sustulit Dawesius: σοὶ δὲ ῥιγῶν καὶ προφυλάττειν, ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην. Ipse equidem edidi Hec. 662. κοὐκέτ' εἶ βλέπουσα φῶς· ubi Lib. P. habet κοὐκέτι βλέπεις φάος. Quod si quis contra me urgebit, respondebo, veterem lectionem me unius codicis auctoritate mutare noluisse; aliter non minus facile, si φάος in φῶς semel mutatum esset, vulgatam e κοὐκέτι βλέπεις φῶς nasci potuisse, quam illud e vulgata potuit. Satis enim trita est hæc locutio non solum apud Tragicos, sed apud Comicos, apud Atticos, apud omnis generis et ætatis scriptores. Ejus si quis exempla cumulare instituet, caute abstineat, tum ab εἶ δώσων Hec. 577. et similibus, ubi εἶ est *ibis*, non *es*, tum a κτείνας γένῃ, et προδοὺς γένῃ, quæ diversi sunt generis. Casu etiam interdum fieri potest, ut hæc phrases permutentur. In Platonis Politico Scholiastes p. 38. pro ξυμβαίνῃ variam lectionem ξυμβὰν ᾖ præbet. Verum quam facile erat in tam parvo discrimine alterum alteri supponere! Supra ἀνεστήκει Aristoph. Plut. 738. unus codex apud Brunckium suprascriptum habet, ἀνεστηκὼς ἦν. Scholiastes Platonis p. 74. primo Homericum ἠὲ ἑκὼν μεθίεις citat, deinde παραφράζων ait, καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος ἑκὼν μεθίων, καὶ μὴ προσέχων τὸν νοῦν. Iarchas apud Philostratum V. A. III. 47. ait τοὺς Πυγμαίους οἰκεῖν μὲν ὑπογείους, κεῖσθαι δὲ ὑπὲρ τὸν Γάγγην, ζῶντας τρόπον, ὃς πᾶσιν εἴρηται. Quem locum sic recitat Eusebius contra Hieroclem cap. 22. περὶ μὲν τῶν Πυγμαίων, ὡς ἄρα εἶεν οἰκοῦντες μὲν ὑπόγειοι, διατρίβοντες δὲ ὑπὸ τὸν Γάγγην ποταμὸν ζῶντες. (Ubi ὑπὲρ pro ὑπὸ legendum videtur, et post ζῶντες addenda, τρόπον, ὃς πᾶσιν εἴρηται.) Quis tamen Atticismum Eusebio dabit, Philostrato ademtum? Quare e nostro versu existimo primum excidisse πάλιν, deinde aliquem, ut metrum expleret, λέγει in λέγων ἔστι distraxisse. Non dissimile est, quod cum εἰ pro εἶ cepisset Harleiani codicis scriba in Orest. 1541. δοκεῖς sequens in δοκῶν mutavit.—Si quis me nunc accusabit, quod hanc notam longam et tædii plenam fecerim, habebit, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum. Verum uno exemplo ostendere volebam, quantam mihi lectores, non quidem ob ea quæ dixi, sed ob ea certe quæ tacui, gratiam debeant.

Quod ne temere dixisse videar, illud modo considera, quot verba profundere potuissem, si locum Aristophanis supra citatum Pac. 627.

Ἐν δίκῃ μὲν οὖν, ἐπεί τοι τὴν κορωνεών γε μου

ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω·
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.
ΧΟ. μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

'Εξέκοψαν, ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην.
Νὴ Δί', ὦ μέλε', ἐνδίκως δῆτά γ', ἐπεὶ κἀμοῦ τὸν λίθον
'Εμβαλόντες ἐξμέδιμνον κυψέλην ἀπώλεσαν·

si hunc igitur locum plenius attulissem, et omnia, quæ dici possent, ad rem pertinerent, necne, securus, congessissem.

Importunum illud *τὸν*, et sensui et metro noxium, recte omittunt Brunckii MS. et Ravennas; dudum omiserat Juntina secunda. Sed in versu constituendo longissime a vero aberravit Brunckius. Lege, transposita tantum particula, Νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως γε δῆτ', ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον. Sed aliud hic restat. Nam si sensui nocet articulus *τὸν*, nocet etiam articulus *τὴν* supra, ut additus noceret infra ante ἐξμέδιμνον κυψέλην. Lege igitur, *ἐπεί τοι καὶ κορώνεών γε μου.* Vide quæ dixi ad Med. 675. et adde exemplum e Schol. Venet. ad Iliad. N. 513, ἐπεὶ καὶ τοῦ Οἰνομάου ἐξέσπασε τὸ δόρυ καὶ τοῦ 'Οθρυονέως. Sed et ibi MS. Townleianus ἐπεί τοι καὶ τοῦ Οἰ. Jam poteram multa de μέλε apud Atticos disyllabo, nunquam trisyllabo; poteram non pauca de dactylo in trochaicos ne a Comicis quidem, nisi in propriis nominibus, admisso; poteram denique quædam de vocibus ἑκμέδιμνον, ἑξμέδιμνον, et ἑξαμέδιμνον edisserere. Sed tibi, lector, et tempori tuo parcam.

1162. συντιθεὶς Stobæus et Liber P. male ex 1166. ubi συντιθεὶς M.

1164. ἀεὶ Stobæus. Recte hujus vocis penultimam communem esse statuit Piersonus ad Mœrin p. 231. Ac ne quis scurra aut sycophanta Piersoni manibus insultet, quod voci *disyllabæ penultimam* dederit, duo loca e Grammaticis Latinis transcribam. M. Valerius Probus I. p. 1412, 21. *Si vero prima verbi syllaba in penultimo loco fuerit, pro natura sui longa invenitur,* UTINAM CLAMEM, UTINAM DONEM. 1414, 15. *Persona prima penultimam syllabam in aliquibus verbis longam recipit, ut,* DUCOR, CLAMOR; *si tamen prima verbi syllaba fuerit.* Priscianus VI. p. 716, 21. *Ideoque assumsit* R (MUS), *quia non poterat* U *vocalis penultima produci, vocali altera consequente.*

1166. μέμψαι habet Stobæus Grotii, melius μέμψῃ ceteræ editiones, certe Gesneri prima, qua utor. Sed μέμφῃ dimidia fere pars codicum, quod nullo modo tolerari potest. Recte dicitur μὴ μέμφου, μὴ μέμψῃ, non recte dicitur μὴ μέμφῃ. Levis error in Aristoph. Av. 1533. 'Υμεῖς δὲ μὴ σπένδησθε, pro σπένδεσθε, et in Eurip. Iph. A. 1152. μὴ κάμνῃς λέγων, pro μὴ κάμῃς, omnes editores fugit. Jam μέμψαι, non est illud quidem prorsus solœcum, sed adeo rarum, ut similia ex paucis tantum locis, eaque ut singularia, enotarint Grammatici. Μὴ ψεῦσον Thesmophor. 877. citant Herodianus Piersoni p. 479. Suidas v. Ψεῦσον. Schol. Venet. ad Iliad. Δ. 410. (ubi μὴ ἔνθεο), Schol. ad Hecub. 225. (229.) et ex eo Gregorius p. 7. Μὴ νόμισον e Thugenide, ignobili Comico, citant Photius et Suidas; e Sophoclis Peleo Grammaticus Sangermanensis apud Koënium et Brunckium. Nunc vide ut error errorem parere soleat. Pier-

πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἱ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι,
αἱ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.
ΕΚ. Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτὲ
τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.
ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν·
εἴτ' αὖ πονηρὰ, τοὺς λόγους εἶναι σαθροὺς,
καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.
σοφοὶ μὲν οὖν εἴσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοὶ,

sonus ad Mœrin p. 334. "Μὴ ψεῦσον et similia," ait, "apud *Aristophanem* et *Sophoclem* sunt plurima." Eadem fere repetit ad Herodianum. At vero unicum hujus constructionis exemplum apud Aristophanem, unicum apud Sophoclem reperitur. Nam quod Koënius ex Aristophanis Lysistr. 1035. μὴ φίλησον protulit, nihil est. Ibi bene Brunckius ex MSS. duobus edidit μὴ φιλήσῃς. Alius codex οὐ φιλήσεις. Visne jam scire, unde istud φίλησον prodierit? In Juntina prima 1515, Basileensi priore, Veneta Zanetti, et aliis, totidem literis editur μὴ φιλήσης, eandemque lectionem servare voluit in Basileensi secunda Sigismundus Gelenius. Sed dum typotheta syllabam finalem per tale fere compendium (ς) exprimit, quod ης debebat repræsentare, character male formatus ejusmodi est, ut eum, nisi attentis oculis inspicias, facile pro reflexo accentu capias. Quæ nota cum et ον significet, Æmilius Portus, operi suscepto, si quis alius, impar, φίλησον correxit. Sin paullo acutius vocem inspexisset, vidissetque accentum in penultima collocatum, φιλήσς ad veram lectionem reducere potuisset.

1167. Restitui utcunque mendosam Aldi, omnium MSS. et Stobæi LXIX. p. 289. ed. Grot. lectionem. οὐδέν εἴσ' Musgravius, quem sequitur Brunckius: αἱ μὲν οὐκ edidit Beckius. Fortasse sanus est hic versus, et legendum in sequenti, cum Reiskio, τῶν καλῶν. Utut hæc sunt, liberam eligendi potestatem lectoribus reliqui[μ].—Reiskianæ emendationi non male objicit Hermannus, καλὴ de femina vix dici, nisi cum ad corporis dotes spectat. Quocirca hodie malim, parte Musgravianæ conjecturæ adsumta, legere, πολλαὶ γάρ· αἱ μὲν οὐδὲν εἴσ' ἐπίφθονοι. Pronomina sæpe sine causa ejecere librarii, sæpe sine causa addidere. Recte ἡμᾶς, quod exciderat, restituit Brunckius Sophocli Electr. 1403. male Invernizius e MS. Ravennate edidit Aristoph. Nub. 1448. (1458.) Ἡμεῖς ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοθ', ὅντιν' ἂν Γνῶμεν, pro Ἀεὶ ποιοῦμεν, quod satis firmabit ejusdem fabulæ versus 1279. (1282.) et quæ notavi ad Euripid. Phœniss. 1422. Nec spernendum puto ἡμᾶς pro ἄλλως supra 487.

1171. χρήστ' ἔδρασε citat Scholiastes ad Aristoph. Plut. 143. propter accentuum rationem. Quod ibidem citat δείν' ἄττα, est ex Ran. 956.

1175. δύνανται Ald. et plerique

μ. Schaeferus tamen optime se habere vulgatam putat, si ἐπίφθονοι ita interpreteris: *aliæ invidia premuntur,* cum sint innocentissimæ. Conferri autem jubet Med. 305. σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μὲν εἴμ' ἐπίφθονος.

κακῶς δ' ἀπώλοντ'· οὔ τις ἐξήλυξέ πω.
καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει·
πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι.
ὃς φῄς, Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν,
Ἀγαμέμνονός θ' ἕκατι, παῖδ' ἐμὸν κτανεῖν.
ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον, οὔποτ' ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος,
οὔτ' ἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν
πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινὰ,
ἢ ξυγγενὴς ὤν, ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων;
ἢ σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα,
πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε;
ὁ χρυσὸς, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα, καὶ κέρδη τὰ σά.
ἐπεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ' ηὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν,
ἔζη τε Πρίαμος, Ἕκτορός τ' ἤνθει δόρυ,
τί δ' οὐ τότ', εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν
θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα κἀν δόμοις ἔχων,
ἔκτεινας, ἢ ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων;
ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει,
καπνῷ δ' ἐσήμαιν' ἄστυ πολεμίων ὕπο,

codices. δύναιντ' ἂν MS. Leid. teste Valckenaerio ad Hippol. 294. Sic in Eupolidis versu apud Harpocrationem v. μεῖον, ubi MSS. dant Δύναται ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν, feliciter Jac. Gronovius, Δύναιτ' ἂν.

1176. ἀπώλοντο κοὔτις Aldus et plerique Codices. Unus K. sed is valde recens, ἀπώλοντ' οὔτις, quod edidere Kingius eumque secuti Musgravius et Brunckius. Brunckius tamen ὄλοντο mavult, quod scilicet *ridiculo canoni de augmento non omittendo fidem abrogarit.* Nec sermo abruptior est, quam supra 653. 654.

1177. ὧδ' ἐν Ald. et plures MSS. ἐν omisit Kingius, auctoritate Baroc. 74. Addere debuit "optimum illum Reg. Soc. MS. unde omnes fere emendationes desumtæ sunt," quem ego K. voco.

1179. Ald. πῶς φῄς, et sic plures. Sed Brunckii membr. et pro var. lect. MS. Reg. Soc. ὃς φῄς, quod recepi. Simillima orationis conversio in Sophocle Œd. Col. 1354.

1188. τἀληθὲς C. Cant. E. J.

1190. Qui supra v. 18. ηὐτύχει ediderat Aldus, hic et infra 1210. εὐτύχει habet.

1197. Sic Ald. Alii primo καπνὸς, deinde ἐσήμαν', sive ἐσήμην'.

ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν;
πρὸς τοῖσδε νῦν ἄκουσον, ὡς φανεῖ κακός·
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
τὸν χρυσὸν, ὃν φὴς οὐ σὸν, ἀλλὰ τοῦδ', ἔχειν,
δοῦναι φέροντα πενομένοις τε, καὶ χρόνον
πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·
σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς
τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
καὶ μὴν τρέφων μὲν, ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν,
σώσας τε τὸν ἐμὸν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος.
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὁ δ' ηὐτύχει,
θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·
νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται, παῖδές τε σοὶ
αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ.
οὔτ' εὐσεβῆ γὰρ, οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,
οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον, εὖ δράσεις ξένον·
αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν

1199. φανῇς G. N. quo admisso ὡς esset pro ἵνα.

1206. καὶ μὴν τρέφων μὲν παῖδά γ' ὥς σ' MS. Reg. Soc. non male, si alii consentirent. Idem mox 1208. σαφέστεροι. Ad lectionem R. alludit et M. παῖδ' ὥς σ' ἐχρῆν. Sic ordo verborum planior fieret, neque ista particula otiosa esset, quam toties post καὶ μὴν, οὐ μὴν, καίτοι et similia, sed intervallo interjecto, addunt Attici. Vide ad Phœniss. 1638. Aristoph. Nub. 874. Καίτοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος. Sic omnes fere MSS. et Suidas v. Τάλαντον. Sed idem Suidas v. Ἀναπειστηρίαν, ἔμαθ' habet. MS. Rav. post καίτοι addit γε. Lege ergo, τοῦτό γ' ἔμαθ' Ὑπέρβολος. Sæpissime hæc particula excidit, nusquam sæpius, quam post οὗτος et ὅδε. Recte τοῦτό γ' ἐπέτρεπον ποιεῖν in Plut. 1078. (1079.) maluit Brunckius. In Nub. 192. idem recte Οὗτοί γ' pro Οὗτοι δ' restituit; sed paullo ante 189. τοῦτ' ἔτι φροντίζετε mendose edidit pro τοῦτό γε φ. Debebat saltem τοῦτό γ' ἔτι φροντίζετε, sed verum est τουτογὶ, quod nunc in τοῦτό γε, nunc in τοῦτο τί corruptum, his turbis ortum dedit. In Sophocl. Aj. 969. τί δῆτα τοῦδέ γ' ἐγγελῷεν ἂν κάτα; neminem opinor esse, qui non facile correcturus sit.

1215. φανεῖ Mosq. 2.

τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.
ΑΓ. ἀχθεινὰ μέν μοι, τἀλλότρια κρίνειν κακά·
ὅμως δ' ἀνάγκη. καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει,
πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε.
ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν,
οὔτ' οὖν 'Αχαιῶν, ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς·
λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ', ἐν κακοῖσιν ὤν.
τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν·
ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
πῶς οὖν σε κρίνας μὴ 'δικεῖν φύγω ψόγον;
οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.
ΠΟ. οἴμοι, γυναικὸς, ὡς ἔοιχ', ἡσσώμενος
δούλης ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.
ΑΓ. οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά;
ΠΟ. οἴμοι τέκνων τῶνδ', ὀμμάτων τ' ἐμῶν, τάλας.
ΕΚ. ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;
ΠΟ. χαίρεις ὑβρίζουσ' εἰς ἔμ', ὦ πανοῦργε σύ.
ΕΚ. οὐ γάρ με χαίρειν χρὴ, σὲ τιμωρουμένην;

1236. Hunc versum Hecubæ tribuit Beckius. Aldus, οὐκοῦν. Et Hecubæ tribuit Homeri Scholiastes in codice Townleiano, si vera est ejus lectio, ad Iliad. N. 154. ὁ εἶ συναπτικὸς, ἀντὶ τοῦ ἐπεῖ· ὡς τὸ χρὴ δ' εἰ σοφὸς πέφυκας. καὶ ὁ Εὐριπίδης οὐκ οὖν. εἴπερ εἴργασται τάδε:—Sed legendum εἴργασαι, et de τάδε ampliandum. Obiter notandum, χρὴ in Phœniss. 84. hoc scholio defendi.

1238. Ald. et Edd. τί δαί με. MSS. alii præbent vel τί δ' ἐμὲ, vel τί δέ με. τί δή με Brunckius. Editores quidam addiderant τοῦ ante παιδός. Aristophanes apud Polluc. VII. 13. εἴ μοι κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν, 'Εκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν, μένειν. Dele ἐστιν et lege cum Brunckio ἡμῖν pro εἴ μοι. Hujus fabulæ 386. supra ἡμᾶς habet J. ἀντὶ τοῦ ἐμὲ, et ἐμὲ eodem atramento C. Vides igitur quam facile ista permutentur. Contra in Sophoclis Œd. T. 847. εἰς ἡμᾶς ῥέπον ex ignorantia metri infersit Triclinius. Quod cum priscis Tragici editionibus habent Suidæ v. Μονόζωνος tres editiones ἐμὲ, Portus et Kusterus mutarunt.

ΠΟ. *ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς,*
ΕΚ. *μῶν ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος;*
ΠΟ. *κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.*
ΕΚ. *πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;*
ΠΟ. *αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί.*
ΕΚ. *ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;*
ΠΟ. *κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.*
ΕΚ. *πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;*
ΠΟ. *ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.*
ΕΚ. *σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν, ὧν ἔχεις, κακῶν;*
ΠΟ. *οὐ γάρ ποτ' ἄν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.*
ΕΚ. *θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον;*
ΠΟ. *θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται,*
ΕΚ. *μορφῆς ἐπῳδὸν ἤ τι τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;*
ΠΟ. *κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.*
ΕΚ. *οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.*
ΠΟ. *καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασάνδραν θανεῖν.*
ΕΚ. *ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτά σοι δίδωμ' ἔχειν.*
ΠΟ. *κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.*
ΕΚ. *μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.*

1242. *Ἑλλανίδος* Ald.

1247. Idem vaticinium alibi dederat Euripides apud Plutarch. de Is. et Osir. p. 379. E. *Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.* Quem ridet Aristophanes apud Eustathium ad Od. Γ. p. 1467, 36 = 127, 17. *καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.*

1252. *βίον* Ald. et MSS. quod manifesto mendosum. *μόρον* Brunckius et Ammonius in textum intulerunt. Sed *μόρος* apud Tragicos plerumque *mortem* significat. Melius igitur videtur Musgravius conjecisse *πότμον*, quod confirmat eadem varietate lectionis apud Sophoclem Antig. 83[v].

1253. *σὸν* Aldus. Sed *σῷ* tres MSS. apud Musgravium, Mosq. 2. N. omittit Aug. 2.

1254. *ἢ τί* Ald. Ingeniosa est Reiskii conjectura, *ἢ τύχης ἐμῆς ἐρεῖς;* Versu sequente MSS. quidam *τέκμωρ.*

1257. *γ'* omittunt quidam MSS. ut et δ' 1248. male. Recte hic additur *γε*, ut mox 1261.

1260. Facile quis pro *μήπω* conjiciat *μή ποτε.* Sed *μήπω* eodem sensu Attici per *λιτότητα* quandam aliquando usurpant. Sophocles

---

v. "Vulgata est sanissima. Sensus: *Finiamne vitam, quam homo vixi, sic, ut mortua canis sim, an ut viva?*" SCHAEFERUS.

ΠΟ. καὐτόν γε τοῦτον, πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.
ΑΓ. οὗτος σὺ, μαίνει, καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν.
ΠΟ. κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀναμένει.
ΑΓ. οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;
ΠΟ. ἀλγεῖς ἀκούων. ΑΓ. οὐκ ἐφέξετε στόμα;
ΠΟ. ἐγκλείετ'· εἴρηται γάρ. ΑΓ. οὐχ ὅσον τάχος
νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι,
ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ;
Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς
στείχουσα θάπτε· δεσποτῶν δ' ὑμᾶς χρεὼν
σκηναῖς πελάζειν, Τρῳάδες· καὶ γὰρ πνοὰς
πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ.
εὖ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν, εὖ δὲ τἀν δόμοις
ἔχοντ' ἴδοιμεν, τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων.
ΧΟ. ἴτε πρὸς λιμένας σκηνάς τε, φίλαι,
τῶν δεσποσύνων πειρασόμεναι
μόχθων· στεῤῥὰ γὰρ ἀνάγκα.

Electr. 403. Οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή, quod citat Suidas v. κενεόν.

1261. καὐτόν σε M. N. R. ut Brunckius ex membr. edidit. At tum prior versus Agamemnoni tribuendus erat. Nec fingenda est talis orationis conversio, qualis est supra 1179. Καὐτὸν δὲ habent plures MSS. quod edidit Beckius; male, si verum est, ut verum puto, quod ad Orest. 614. de Sophoclis Philoct. 1362. notavi[ξ]. Sed Aldi et Scholiastæ lectio καὐτὸν τε proxime ad veram accedit, quam præbet Aug. 3. καὐτόν γε.

1262. τί pro σὺ E. quod notandum est, haud probandum. Similis comminatio in Hel. 1659. quem locum, cum sit paullo corruptior, plenius adscribam. Ἀρχόμεσθ' ἄρ', οὐ κρατοῦμεν. Ὅσια δρᾷν, τὰ δ' ἔκδικ' οὔ. Κατθανεῖν ἐρᾷν ἔοικας. Κτεῖνε, σύγγονον δὲ σὴν Οὐ κτενεῖς ἡμῶν ἑκόντων, ἀλλ' ἔμ', ὡς πρὸ δεσποτῶν Τοῖσι γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν.

1267. ποι Ald. edd. MSS. που edidere Ammonius et Beckius, nescio quo auctore.—Nunc video, non paucos codices habere που, idque Brunckium edidisse; sed alterum melius puto.

1277. Sic Harl. pro ἀνάγκη.

ξ. Lectionem Porsonianam, γε, quæ optimum præbet sensum, licet minima fultam auctoritate, in textu reliqui; de καὶ—δὲ pauca forsan dicturus ad Orest. 614.

ΤΕΛΟΣ ΕΚΑΒΗΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΡΕΣΤΟΥ.

ΟΡΕΣΤΗΣ, τὸν φόνον τοῦ πατρὸς μεταπορευόμενος, ἀνεῖλεν Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν· μητροκτονῆσαι δὲ τολμήσας, παραχρῆμα τὴν δίκην ἔδωκεν, ἐμμανὴς γενόμενος. Τυνδάρεω δέ, τοῦ πατρὸς τῆς ἀνῃρημένης, κατηγορήσαντος κατ᾽ αὐτοῦ, ἔμελλον Ἀργεῖοι κοινὴν ψῆφον ἐκφέρεσθαι περὶ τοῦ τί δεῖ παθεῖν τὸν ἀσεβήσαντα. κατὰ τύχην δὲ Μενέλαος ἐκ τῆς πλάνης ὑποστρέψας νυκτὸς μὲν Ἑλένην εἰσαπέστειλε· μεθ᾽ ἡμέραν δὲ αὐτὸς ἦλθε, καὶ παρακαλούμενος ὑπ᾽ Ὀρέστου βοηθῆσαι αὐτῷ ἀντιλέγοντα Τυνδάρεων μᾶλλον ηὐλαβήθη. λεχθέντων δὲ λόγων ἐν τοῖς ὄχλοις, ἐπηνέχθη τὸ πλῆθος ἀποκτείνειν Ὀρέστην,*** συνὼν δὲ ὁ Πυλάδης, ὁ φίλος αὐτοῦ, συνεβούλευσε πρῶτον Μενελάου τιμωρίαν λαβεῖν, Ἑλένην ἀποκτείναντας. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐλθόντες διεψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, θεῶν τὴν Ἑλένην ἁρπασάντων. Ἠλέκτρα δὲ Ἑρμιόνην ἐπιφανεῖσαν ἔδωκεν εἰς χεῖρας αὐτοῖς· οἱ δὲ ταύτην φονεύειν ἔμελλον. ἐπιφανεὶς δὲ Μενέλαος καὶ βλέπων ἑαυτὸν ἅμα γυναικὸς καὶ τέκνου στερούμενον ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐπεβάλετο τὰ βασίλεια πορθεῖν· οἱ δὲ φθάσαντες ὑφάψειν ἠπείλησαν. ἐπιφανεὶς δὲ Ἀπόλλων Ἑλένην μὲν ἔφησεν εἰς θεοὺς διακομίζειν, Ὀρέστῃ δὲ Ἑρμιόνην ἐπέταξε λαβεῖν, Πυλάδῃ δὲ Ἠλέκτραν συνοικίσαι, καθαρθέντι δὲ τοῦ φόνου Ἄργους ἄρχειν.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Ἀργείων, ἡλικωτίδων Ἠλέκτρας, αἳ καὶ παραγίνονται, ὑπὲρ τῆς τοῦ Ὀρέστου πυνθανόμεναι συμφορᾶς. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν. ἡ δὲ διασκευὴ

*** Lacunam hanc explere conantur codices Dorvilliani duo nuper inter Bodleianos repositi, sed non optimo successu. Alter addit ὃ καὶ ἐπαγγελλόμενος αὐτὸς ποιῆσαι, ἐκ τοῦ βίου προΐεσθαι, alter ἐπαγγειλάμενον αὐτὸν ἐκ τοῦ βίου προΐεσθαι. Hos codices citavi ad Hec. 1095. Orest. 92. 428.

τοῦ δράματός ἐστι τοιαύτη· πρὸς τὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος βασίλεια ὑπόκειται Ὀρέστης κάμνων, καὶ κείμενος ὑπὸ μανίας ἐπὶ κλινιδίου, ᾧ προσκαθίζεται πρὸς τοῖς ποσὶν Ἠλέκτρα. διαπορεῖται δὲ, τί δήποτε οὐ πρὸς τῇ κεφαλῇ καθέζεται; οὕτως δὲ μᾶλλον ἐδόκει τὸν ἀδελφὸν τημελεῖν, τούτῳ παρακαθεζομένη πλησιαίτερον. ἔοικεν οὖν διὰ τὸν χορὸν ὁ ποιητὴς διασκευάσαι· διηγέρθη γὰρ ἂν ὁ Ὀρέστης, ἄρτι καὶ μόγις καταδραθεὶς, πλησιαίτερον αὐτῷ τῶν κατὰ τὸν χορὸν γυναικῶν παρισταμένων. ἔστι δὲ ὑπονοῆσαι τοῦτο, ἐξ ὧν φησὶν Ἠλέκτρα τῷ χορῷ· Σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης. πιθανὸν οὖν ταύτην εἶναι τὴν πρόφασιν τῆς τοιαύτης διαθέσεως. τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων, χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν.

AD ARGUMENTUM.

Varr. lectt. MSS. Dorvill.

L. 1. post μεταπορευόμενος, D. 2. addit καὶ ἐκδικῶν.

3. post Τυνδάρεω D. 1. omittit δὲ.

4. κατηγορήσαντος κατ' αὐτοῦ. κατηγορήσαντος αὐτοῦ ἐν τῷ πλήθει. D. 1.

5. τί δεῖ, omittunt D. 1, 2.

7. ὑποστρέψας. ἀποστρέψας D. 1. post εἰσαπέστειλε D. 1, 2. addunt εἰς τὸν οἶκον.

9. ἀντιλέγοντος Τυνδάρεω. D. 1.

11. συνὼν δὲ τούτοις. D. 1. συνὼν τούτοις. D. 2.

13. τούτοις. ταύτην. D. 2.

14. Ἠλέκτρα δὲ Ἑρμιόνην ἐπιφανεῖσαν. τὴν δὲ Ἑρ. δείξας ὁ Ἀπόλλων ἔδ. D. 2.

17. αὐτῶν. αὐτοῦ τοῦ Ὀρέστου. D. 1.

18. post φθάσαντες D. 1, 2. addunt ἀσφαλισάμενοι. post ἠπείλησαν D. 1. addit, τοὺς οἴκους.

SYLLABUS NOTARUM,

QUIBUS MANUSCRIPTI SIGNANTUR.

Cum signa, quibus usus sum ad MSS. distinguendos, sparsim in notis explicentur, visum est omnia hic ob oculos lectoris simul reponere.

A. Mosquensis primus apud Beckium.

Aug. 1. 2. Augustani duo apud Brunckium.

C. C. C. vel MS. C. C. C. codex in Corporis Christi Collegio Cantabrigiæ, a Barnesio et Kingio collatus.

Cant. codex olim Askewii, nunc in Bibliotheca Academiæ Cantabrigiensis signatus Mm. 1. 11. Vide infra M. N.

D. Mosquensis quartus apud Beckium.

H. vel Harl. Harleianus 5725. in Museo Britannico.

J. Harleianus 6300. ibidem.

K. Regiæ Societatis codex recentior, a Kingio collatus. Hujus quasdam in choris interpolationes, a Kingio in textum admissas, prorsus tacui.

L. MS. Ayscough. 4952. in Museo Britannico.

M. N. MS. in Bibliotheca publ. Cantab. signatus Nn. 3. 14. Tres priores fabulas habet eleganti manu seculo xiv. scriptas, duasque iterum priores ineleganti et recentissima manu. Illum posthac vocabo M, recentiorem N. Et hunc codicem et Cant. ab Askewio utendos accepit Musgravius, sed paucis tantum in locis inspexit.

Membr. membranæ in Bibliotheca Parisiensi, olim Regia, a Brunckio collatæ.

MSS. Dorvill. Codices Dorvilliani duo, nuper inter Bodleianos repositi.

P. vel Lib. P. liber impressus in Bibl. Parisiensi, cum MSS. collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.

R. Alter Regiæ Societatis codex.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΕΛΕΝΗ.

ΕΡΜΙΟΝΗ.

ΧΟΡΟΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΦΡΥΞ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ουκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.
ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,

2. συμφορὰ Lucianus, Stobæus et plures MSS. ξυμφορὰ Aldus.

3. ἀνθρώπου Ald. Stob. et plures MSS. recte. Sed ἀνθρώπων R. et ita Lucianus, aut alius, Ocypod. T. III. p. 673. Hos tres priores versus sic convertit Cicero Tusc. IV. 29. *Neque tam terribilis ulla fando oratio est, Nec fors, neque ira cœlitum invectum malum, Quod non natura humana patiendo ferat:* quæ pleraque adoptavit Grotius in Stobæo suo, p. 408. In primo versu male Ciceronem reprehendunt Muretus Var. Lect. VIII. 16. Leopardus Emend. VIII. 21. Ii scilicet reddunt, *Nihil tam terribile est, ut verbo dicam,* quod esset, ὡς εἰπεῖν ἔπος. Sed *fors* non bene exprimit πάθος, et in tertio versu debebat potius, *Cujus onus non tollere cogatur humana natura.*

5. Hunc versum integrum sumsit Nicolaus Comicus apud Stobæum XIV. p. 85. ed. Grot. et dimidium decimi. De Tantali pœna alii alia narrant. Plerique cibum et potum semper prope adesse aiunt, quæ quoties gustare conatur, labia ejus vel manus effugiunt. In hoc Odysseæ vulgatas editiones sequuntur; sed istum locum ut spurium ejecit Aristarchus, testante Pindari Scholiaste. Et profecto videntur omnia ista Od. Λ. 567—626. poëtæ opus esse Homero recentioris, antiqui tamen. Scholiastes ineditus ad Od. Λ. 567. νοθεύεται μέχρι τοῦ, ὡς εἰπὼν ὁ μὲν αὖθις ἔδυ δόμον ἄϊδος εἴσω. Idem ad 602. τοῦτον ὑπὸ Ὀνομακρίτου πεποιῆσθαι φασίν. ἠθέτηται δέ. Quod si is Onomacritus idem est, quem Herodotus VII. 6. narrat in exilium ab Hipparcho actum, quod Musæi oracula interpolarit, profecto jam tum hic locus in quibusdam Homeri exemplaribus exstiterit necesse est. Non inficior equidem, Pausaniam, cujus verba mox proferam, versus hos ut genuinos agnovisse. Sed ejus auctoritas eo minoris est in hujusmodi quæstione, quod etiam hymnos, qui sub Homeri nomine feruntur, pro genuinis agnoverit. Poëtis tamen ab Homeri ætate proximis ignota esse videtur hæc historia. Pindarus Olymp. I. 91. πατὴρ ὑπερκρέμασε κάρτερον αὐτῷ λίθον, τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλᾶται. Isthm. VIII. 21. ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔτρεψεν ἄμμι θεός. Ad priorem locum, versibus ex Odyssea citatis, ita pergit Scholiastes: πλὴν εἰ μὴ κατὰ Ἀρίσταρχον νόθα εἰσὶ τὰ ἔπη ταῦτα.

κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,

Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμὰν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ. ὁ δὲ Ἀλκμὰν, ὅπως (forte Ἀλκμὰν οὕτως·) ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρὸς ἧσθ' ἐπὶ θάκας κατὰ πέτρας, ὁρέων μὲν οὐδὲν, δοκέων δέ. ἐποίησε δὲ καὶ ὁ Ἀρχίλοχος, μήδ' ὁ Ταντάλου λίθος Τῆσδ' ὑπὸ νήσου κρεμάσθη. ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Sequentia vide infra ad v. 971. Alcmanis locum sanent ii, qui velint aut possint. In Archilocho leviter corrigendum ὑπὲρ et κρεμάσθω, ex Plutarcho Polit. Præcept. T. II. p. 803. A. Finis est trochaici cum initio alterius, quod cum non animadvertisset Brunckius, senariorum fragmenta ita constituit: μήδ' ὁ T. λ. Ὑπερκρεμάσθω τῆσδε νήσου, immodulate. Vide Analect. T. I. p. 47. Sed plures Archilochi et optimos trochaicos in alia metrorum genera coëgit Brunckius, ut p. 45. XXV. Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θίγειν. p. 46. XXXVI. Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος Οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Nihil mutavi neque in verbis, neque in ordine verborum; tantum meminerit lector, καλὸν et διθύραμβον primam producere, καλὸν apud veteres iambographos, Archilochum dico, Solonem, Simonidem, hoc apud omnes Græcos. Versus jam recte disposuerat Bentleius in Phalar. p. 295. [in eo leviter errans, quod a Καὶ inciperet, cum putaret, opinor, ὡς esse Athenæi, non Archilochi.][o] Has tamen metri corruptelas adoptat Larcherus ad Gallicam Herodoti versionem I. 23. vol. I. p. 196. [209.] Nihilo melius tractavit et hoc fragmentum Brunckius p. 47. Ἔλπομαι πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ Ὀξὺς ἐλλάμπων. Sed redeo ad Tantalum. Quidam ei pro simplice saxo Sipylum montem impendere aiunt, quod memorant Scholiastes supra citatus, Plutarchus alicubi, Antoninus Liberalis. Utramque pœnam, et saxum impendens et dapes frustra appositas, conjungunt, aut ad alteram utram, prout res postulat, alludunt, Philostratus V. A. III. 25. p. 115, 116. Vit. Sophist. I. 21, 1. p. 513. Auctor Atridarum Reditus apud Athenæum VII. p. 281. B. Dion Chrysostom. Or. VI. p. 97. LXIV. p. 594. Greg. Nazianzen. in Muratorii Anecdotis, vol. V. p. 4. Nonnus ad Gregorii Stelit. II. 31. Suidas in v. Τάνταλος. Tzetzes Chiliad. V. 479. et seq. In Polygnoti pictura apud Pausaniam Phoc. X. 31. p. 876. erat Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἀλγεινὰ ὁπόσα Ὅμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόσεστίν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ. Ἀρχίλοχος δ', οὐκ οἶδα, εἴτε ἐδιδάχθη παρ' ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον, εἴτε καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ποίησιν εἰσηνέγκατο.

Archilochum, Alcæum, Alcmana, Pindarum, et Euripidem sequuntur Plato Cratylo, p. 52, 12. ed. Bas. sec. 262. D. Læmar. 1590. 395. D. E. HSt. καὶ τελευτήσαντι ἐν ᾅδου ἡ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου τανταλεία, θαυμαστὴ ὡς συμφώνως τῷ ὀνόματι καὶ ἀτεχνῶς ἔοικεν. Hyperides apud Alexandrum inter Aldi Rhetoras, T. I. p. 581. περὶ διασυρμοῦ. καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τῆς Φρύνης· τίς γάρ ἐστιν αἰτία αὕτη, εἰ Ταντάλῳ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς λίθος κρέμαται; Lege τί γάρ ἐστιν α. α. Nempe Euthias, homo sanctus et religiosus, Phrynen meretricem impietatis ream pere-

o. Quæ uncinulis inclusi, scripserat Porsonus ad h. l. postea vero ad Med. 140. haud longe a dulcissimæ illius sylvæ criticæ initio, deleri jussit.

ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην,
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς, ἄνθρωπος ὤν,
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

gerat. Is, ut hinc apparet, in oratione sua communem locum de impiorum apud inferos pœnis copiose tractaverat. Cui respondens Hyperides ait: Quid tum postea? Idcircone mortem merita est Phryne, si Tantalo saxum impendet? Sed Phrynæ sua forma magis profuit, quam patroni eloquentia. Plutarchus de Superstit. T. II. p. 170. F. οὐκ οἴεται θεοὺς εἶναι ὁ ἄθεος, ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, πιστεύει δὲ ἄκων· ἀποθανεῖν γὰρ φοβεῖται· καί τοι γε, ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ἐπαιωρούμενον, οὕτω καὶ οὗτος τὸν φόβον, ὡς οὐχ ἧττον ὑπ' αὐτοῦ πιεζόμενος, ἀγαπήσειεν ἄν. Antipater Antholog. IV. 9, 3. p. 316. ed. HSt. apud Brunck. T. II. p. 18. Τάνταλε, καὶ σὲ γλῶσσα διώλεσε, καὶ σέο κούραν· Χἁ μὲν ἐπετρώθη, σοὶ δ' ἐπὶ δεῖμα λίθος. Hierocles in Aurea Carmina, p. 90. ed. Needham. ὁ ἀδικῶν οὐ βούλεται εἶναι θεὸν, ἵνα μὴ τὸ διδόναι δίκην, ὡσπερεί τινα Ταντάλου λίθον, ἐπικρεμάμενον ἔχῃ· ὁ δὲ ἀδικούμενος βούλεται εἶναι θεὸν, ἵν' ἐπικουρίας ὧν πέπονθε τύχῃ. Sopater apud Stobæum XLIV. p. 311, 47. ἔνια δ' οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, φησὶν Ἀριστοτέλης, οὐδ' εἰ, τὸ λεγόμενον, Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον τις ἔχοι· ἀλλ' ὑπομενετέον πάντα ἑτοίμως τῷ δρᾶν κακῶς πρὸ τοῦ παθεῖν κακῶς εὐλαβουμένῳ. Libanius T. II. p. 435. A. (T. III. p. 210. Reisk.) ἀλλ' ὅτι Ταντάλους ἅπαντας ἐποίησε τοὺς ὑπὸ τῷ λίθῳ; λίθος γὰρ ὁ φόβος εἰρήσθω μοι. Epist. 603. κύκλῳ βαδίζεις, ἐπικρεμάσας ἡμῖν τὸν Ταντάλου πέτρον. 725. τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Τάνταλος δεδοικὼς τὸν λίθον. Incertus Auctor apud Suid. v. ἐπειδὴ, qui Pindarum imitatus esse videtur, ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετιναξάμεθα. Lucretius III. 993. *Nec miser impendens magnum timet aëre saxum Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens.* Cicero de Fin. I. 18. *Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet.* Tusc. Disp. IV. 16. *Quam vim mali significantes poëtæ, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt.* Idem tamen ex poëta in ejusdem operis I. 5. citaverat, *Mento summam aquam attingens enectus Tantalus siti.*—Nescio, benevole Lector, an tuam patientiam hac nota legenda fatigaris; meam certe scribenda fatigavi. Sin criticis hisce deliciis nondum satiatus es, perlege quæ Guellius et Cerdanus ad Virgil. Æn. VI. 602. Lambinus ad Horat. Sat. I. 1, 68. et Davisius ad posteriorem Ciceronis locum collegerunt. Tandem igitur desino, ne putes me idem sponte facere, quod facit invitus Sisyphus, qui *versat* SAXUM *sudans nitendo, neque proficit hilum.*

6. κορυφῆς. κεφαλῆς Dion Chrys. ex glossa.

8. Istud μὲν, cui non respondet δὲ, innuit Electram parum credulam esse.

9. Hunc versum et Phœniss. 762. (778.) citat Etymologus, p. 477, 14. observans priorem in ἴσος apud Tragicos et Comicos semper corripi. Quod de simplice ἴσος fere verum est; compositum ἰσόθεος primam producit in Æschyl. Pers. 80. Corruptum videtur ejusdem fragmentum apud Brunckium in Lexico Sophocleo: Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ.

οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ,
ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ
ἔριν, Θυέστῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ
θέσθαι· τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;
ἔδαισε δ' οὖν νιν, τέκν' ἀποκτείνας, Ἀτρεύς·
Ἀτρέως δὲ, τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας,
ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἔφυ,
Μενέλεώς τε, Κρήσσης μητρὸς Ἀερόπης ἄπο.
γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ τὴν θεοῖς στυγουμένην
Μενέλαος Ἑλένην· ὁ δὲ Κλυταιμνήστρας λέχος
ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας, Ἀγαμέμνων ἄναξ·
ᾧ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς,
Χρυσόθεμις, Ἰφιγένειά τ', Ἠλέκτρα τ' ἐγὼ,
ἄρσην τ' Ὀρέστης, μητρὸς ἀνοσιωτάτης,
ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι
ἔκτεινεν· ὧν δ' ἕκατι, παρθένῳ λέγειν

12. στέμματα recte per ἔρια exponit Scholiastes, qui et variam lectionem memorat ἔρις pro ἔριν. Male. Dea est Clotho. ξείνασα Ald.[π]

14. Hunc versum apud Lucianum in Amor. T. II. p. 457. latentem editores non animadvertere. Mox οὔ νιν mendose Aldus.

16. Apud Julian. p. 254. B. notavit Wyttenbachius Epist. Crit. p. 38.

18. ματρὸς et hic et fere ubique in hac fabula dedit Aldus; sed hunc Dorismum tollunt plurimi MSS. nominatim tres Leidenses apud Valckenaerium ad Phœniss. 11.

20. Μενέλεως Ἑλένην Ald. minus numerose. Μενέλαος Paris. unus, A. R.

26. Attici dicunt Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, κυναγὸς, ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς, per α, non per η. Hanc regulam hic et alibi violavit Kingius, ut infra 55. δηρὸν edidit, contra MSS. et Eustath. in Il. B. p. 250, 38. = 190, 4. Phrynichus a Valckenaerio laudatus: κυνηγός· τοῦτο τοὔνομα οὕτω πως μεταχειρίζονται. οἱ μὲν τραγικοὶ ποιηταὶ τρισυλλάβως λέγουσι καὶ δωρίζουσι, τὸ η εἰς α μετατιθέντες κυναγός. οἱ

π. Viderint doctiores, an simili fere ratione expediri possit locus vexatissimus in Æsch. Agam. 68—70. Ibi ambigitur, quid sibi velint verba, ἀπύρων ἱερῶν· et assentior Blomfieldio, falsam esse eorum sententiam, qui de Furiis accipiunt: ego potius de Parcis, quæ indicantur in πεπρωμένον, v. 67. ut hic Clotho in ἐπέκλωσεν. Dein ἀπύρων, quod Hesychio est ἀθύτων, reddi forsan possit, *nullis sacrificiis placabilium.* Idem Hesychius: Ἱεραί· ἄρχουσαι· quod quo respiciat, ignoro; injicit tamen dubitationem, utrum ἱερῶν de ipsis personis accipi possit, et verti *sanctarum Dearum.*

οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν.
Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;
πείθει δ' Ὀρέστην μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο,
κτεῖναι, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον.
ὅμως δ' ἀπέκτειν', οὐκ ἀπειθήσας θεῷ·
κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνὴ, φόνου,
Πυλάδης θ', ὃς ἡμῖν ξυγκατείργασται τάδε.
ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ ξυντακεὶς νόσῳ νοσεῖ[ρ]
τλήμων Ὀρέστης· ὁ δὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις
κεῖται· τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ
μανίαισιν· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς
Εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.
ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξότου σφαγαῖς
θανοῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνισται δέμας·
ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο,
οὐ λούτρ' ἔδωκε χρωτὶ, χλανιδίων δ' ἔσω
κρυφθεὶς, ὅταν μὲν σῶμα κουφισθῇ νόσου,

δὲ Ἀθηναῖοι τετρασυλλάβως τε προφέρουσι, καὶ τὸ η φυλάττουσιν, οἷον κυνηγέτης. Recte, opinor, κυνηγέτης reliqui Hec. 1156. (1174). Attici enim, quanquam dicunt Ἀθάνα, non dicunt Ἀθαναία, sed Ἀθηναία. Sed si quis κυναγέτης malit, non valde repugnem. Photius Lex. MS. Ὀδαγός. διὰ τοῦ ἄλφα, οὐχ ὁδηγός. Manet hic ibi Ἀθηνᾶ, sed mendose, ut in Rheso 502. ubi MSS. Flor. et Par. Ἀθάνας habent. In Sophocl. Philoct. 135. Eustathius Ἀθάνα præbet ad Il. I. 758, 44. = 661, 21.—Ex duobus MSS. dedit παρθένῳ pro παρθένον Brunckius, bene comparans hujus fab. 108. Electr. 950. Sic quoque Harl. Cant. R. Mosq. A. D. Sed παρθένον Alexander Rhetor, p. 579. ed. Ald.

29. πείθει γ' edidit Beckius, male. δὲ respondet τῷ μὲν præcedenti. φέρον ex MSS. Musgravius et Brunckius, et sic A. Cant. D. H. K. Aldus, φέρων.

35. οὐδὲ πεσὼν edidit Musgravius ex octo, ut ipse ait, MSS. sed suspicor in numero erratum esse. Certe sic habent K. R. Sed licet opimum anapæstum hæc lectio offerat, recte tamen vulgatam defendit Brunckius ex v. 152. ὁ δὲ quinque saltem MSS. οὐδὲ ex emendatione, ὃς pro glossa suprascripto, Cant. οὐδὲ clare M. etiam ex emendatione N.

ρ. Utrumque, νόσῳ νοσεῖν et νόσον νοσεῖν, usurpant Tragici: et hoc forsan exquisitius. Occurrit illud in Æsch. Prom. 392. hoc in Soph. Philoct. 173. νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν. In Nostro autem νόσῳ cum ξυντακεὶς proxime jungi potest.

ἔμφρων δακρύει· ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο
πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.
ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις,
μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ
μητροκτονοῦντας· κυρία δ' ἥδ' ἡμέρα,
ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις,
εἰ χρὴ θανεῖν νὼ λευσίμῳ πετρώματι,
ἢ φάσγανον θήξαντ' ἐπ' αὐχένος βαλεῖν.
ἐλπίδα δὲ δή τιν' ἔχομεν, ὥστε μὴ θανεῖν·
ἥκει γὰρ εἰς γῆν Μενέλεως Τροίας ἄπο,
λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ
ἀκταῖσιν ὁρμεῖ, δαρὸν ἐκ Τροίας χρόνον
ἄλαισι πλαγχθείς· τὴν δὲ δὴ πολύστονον
Ἑλένην, φυλάξας νύκτα, μή τις εἰσιδὼν
μεθ' ἡμέραν στείχουσαν, ὧν ὑπ' Ἰλίῳ
παῖδες τεθνᾶσιν, ἐς πέτρων ἔλθῃ βολὰς,
προὔπεμψεν εἰς δῶμ' ἡμέτερον· ἔστιν δ' ἔσω
κλάουσ' ἀδελφὴν ξυμφοράν τε δωμάτων.
ἔχει δὲ δή τιν' ἀλγέων παραψυχήν·

49. Edidit Ἀργεία Beckius, quo auctore, nescio. Infra quoque dixit Noster 1668. ψῆφον διοίσουσ'. Herodotus IV. 138. οἱ διαφέροντες τὴν ψῆφον, ubi male otiosam particulam vocat Larcherus. Ψῆφον διαφέρειν dicitur de pluribus, qui suffragium ferunt, alius in aliam sententiam.

51. θήξαντας K. M. N. R. Duales formas sæpissime obliterant librarii. Uno exemplo defungar. Hel. 299. εἰς ξύμβολ' ἐλθόντες, ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν. Versum adeo immodulatum ne Comicus quidem, nedum Euripides, scribere potuit. Lege, εἰς ξύμβολ' ἐλθόνθ', ἃ φανέρ' ἂν μόνοις ἂν ἦν.

54. Sic omnes MSS. et Eustathius ad Il. A. p. 130, 9. = 98, 12. Sed Sevini conjecturam probat Musgravius, recepit Brunckius, ἐκπερῶν. Et sane aliquando permutantur hæc verba. In Leonidæ epigrammate ἐξεπλήρωσε citat Suidas v. ὀγδοήκοντα contra metrum pro ἐξεπέρασε. Sed rectum est ἐκπληρῶν. Ipse Musgravius citat Hel. 1590. Πλήσασα κλιμακτῆρας εὐσφύρου ποδός. Ion. 1127. πανταχῇ γὰρ ἄστεος Ζητῶν νιν ἐξέπλησα. Et hoc frustra sollicitatur. Dicitur quis id spatium explere, cujus varias partes oberrat. Tibullus I. 4, 69. *Et tercentenas erroribus expleat urbes.*

59. πετρῶν edd. accentu male posito. MSS. recte πέτρων. Mox κλάουσ' pro κλαίουσ' dedi.

62. παραψυχὴ penultimam corripit, utpote ab aoristo secundo deductum. Eadem est ratio in διατριβὴ, a διατρίβω.

ἣν γὰρ κατ' οἴκους ἔλιφ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει,
παρθένον, ἐμῇ τε μητρὶ παρέδωκεν τρέφειν,
Μενέλαος, ἀγαγὼν Ἑρμιόνην Σπάρτης ἄπο,
ταύτῃ γέγηθε κἀπιλήθεται κακῶν.
βλέπω δὲ πᾶσαν εἰς ὁδὸν, πότ' ὄψομαι
Μενέλαον ἥκονθ', ὡς τά γ' ἄλλ' ἐπ' ἀσθενοῦς
ῥώμης ὀχούμεθ', ἤν τι μὴ κείνου πάρα
σωθῶμεν. ἄπορον χρῆμα δυστυχῶν δόμος.

ΕΛΕΝΗ.

ὦ παῖ Κλυταιμνήστρας τε κἀγαμέμνονος,
παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέκτρα χρόνου,

64. Cur N finalem in ἐπέκλωσεν v. 12. et similibus addiderim, nemo, nisi qui communi sensu plane careat, requiret. Sed erunt fortasse nonnulli, qui minus necessario hoc factum arbitraturi sint in παρέδωκεν. Rationes igitur semel exponam, nunquam posthac moniturus. Quanquam enim sæpe syllabas natura breves positione producunt Tragici, longe libentius corripiunt; adeo ut tria prope exempla correptarum invenias, ubi unum modo exstet productarum. Sed hoc genus licentiæ, in verbis scilicet non compositis, qualia τέκνον, πατρὸς, ceteris longe frequentius est. Rarius multo syllaba producitur in verbo composito, si in ipsam juncturam cadit, ut in πολύχρυσος Andr. 2. Eadem parsimonia in augmentis producendis utuntur, ut in ἐπέκλωσεν sup. 12. κεκλῆσθαι Sophocl. Elect. 366. Rarior adhuc licentia est, ubi præpositio verbo jungitur, ut in ἀπότροποι Phœn. 595. (600.) Sed ubi verbum in brevem vocalem desinit, eamque duæ consonantes excipiunt, quæ brevem manere patiantur, vix credo exempla indubiæ fidei inveniri posse, in quibus syllaba ista producatur. Ineptus esset, quicunque ad MSS. in tali causa provocaret, cum nulla sit eorum auctoritas: id solum deprecor, ne quis contra hanc regulam eorum testimonio abutatur; MSS. enim neque alter alteri consentiunt, neque idem MS. sibi ipse per omnia constat. Quod si ea, quæ disputavi, vera sunt, planum est, in fine vocis addendam esse literam, quam addidi.

67. εἴσοδον Ald. Versum præcedentem compara cum Hec. 283. (279.)

68, 69. ὁρμεῖν sive ὀχεῖσθαι ἐπὶ ἀγκύρας dicunt Græci, ut in notissima Demosthenis sententia, οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ubi subaudiendum ἀγκύρας monet Harpocration. Et cum spes aptissime per ancoram significetur[σ], facillima translatione dicunt, ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, unde in proverbium abiit.

σ. Aptissime igitur et pulcherrime Auctor Epist. ad Hebr. vi. 19. ἣν (ἐλπίδα) ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν.

πῶς, ὦ τάλαινα, σύ τε κασίγνητός τε σὸς
τλήμων Ὀρέστης, μητρὸς ὅδε φονεὺς ἔφυ;
προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν,
εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν.
καί τοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον,
ἐμῆς ἀδελφῆς, ἥν, ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον

Aristoph. Eq. 1241. *Λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.* Idem apud Athen. xii. p. 551. C. *ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα*, quod male in *ὀχεῖσθ'* mutat Brunckius T. iii. p. 231. quanquam idem fecerat H. Stephanus Thes. T. ii. p. 1580. Plato Legg. iii. p. 229, 41. ed. Ald. 537, 47. Bas. sec. 818. D. Francf. 699. B. HSt. 594. C. Lugd. *ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης.* Plutarch. T. ii. p. 1103. E. *καί τοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν διαλυθείσης ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖται τινὸς, ὡς γῇ προσέξων τὸ σῶμα καὶ διανηξόμενος.* Quæ frustra in versus redigere conatur Valckenaerius Diatrib. p. 240. Phrasin variavit Noster, dicendo *ἀσθενοῦς ῥώμης* pro *ἐλπίδος λεπτῆς*, quod non minus commode metrum admisisset. Sed amat proverbia paullum mutare Euripides, ut infra 885. *Ἀσθενὴς ῥώμη* iterum occurrit Heraclid. 649. Hel. 285. *Ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ὤχει μόνη.*

73, 74. Horum versuum sententia facilis, constructio impedita. Heathius ex Scholiaste *ἔχει* pro *ἔφυ*. Sed vix puto Scholiasten ita legisse; tantum exponit *ἔφυ* per *ἔφυτε*, et hoc per *ἔχετε*. Exempla phraseos, *πῶς εἰμὶ*, attulit Musgravius, sed ex minus probatis auctoribus, Luciano, Æliano, Juliano. Addit Scholiastes: *ἀγνοοῦντές τινες τὸ ὅδε ἀντὶ τοῦ ὅστις φασίν. ἔστι δὲ ὅδε διὰ μέσου δεικτικόν.* Fortasse illi *ὃς* legerunt. Nihil sane melius video, quam ut ita legatur, ut hæc sit constructio, *πῶς* (*ἐστε* vel *ἔχετε*) *σύ τε κασίγνητός τε σὸς Ὀρέστης, ὃς ἔφυ μητρὸς φονεύς;* Quod ad *πῶς* attinet, similiter adhibetur Cycl. 206. *Πῶς μοι κατ' ἄντρα νεόγονα βλαστήματα, Ἦ πρός γε μαστοῖς εἰσί;*— Postquam hæc scripseram, contuli MS. Harl. 6300. tres priores fabulas complectentem, recentissimum quidem, non tamen contemnendum. Hunc posthac vocabo J. Hic supra 26. *παρθένῳ*, 30. *φέρον*, deinde 35. *ὁ δὲ* in textu, *ὃς* suprascriptum, quod utrum pro glossane sit, an pro varia lectione, paullum dubito. Eodem modo in 74. supra *ὅδε* habet *ὃς*, de quo eadem nascitur quæstio. Adversari videtur Scholiastes modo citatus. Sed is, si in codice quoquam *ὃς* suprascriptum vidisset, facile pro interpretamento capere potuisset, licet revera esset varians lectio. Quicquid sit, non ausus sum *ὃς*, quod nulla diserta auctoritate munitum est, in textum recipere. Sin aliquis post me audacior recipiet, faciet non solum patiente, sed etiam approbante me[τ].

τ. Sanissimum puto *ὅδε*, hac constructione: *πῶς ἔφυτε σύ τε κασίγνητός τε σὸς, μητρὸς ὅδε φονεύς;* Ubi *ἔφυτε* est *ἔχετε*. Nihil frequentius quam, cum duo nominativi idem verbum adsciscunt, concordantiam fieri vel cum utroque vel cum alterutro; cum eo præsertim, quem propius verbum positum est.

ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ,
οὐκ εἶδον· ἀπολειφθεῖσα δ' αἰάζω τύχας.
ΗΛ. Ἑλένη, τί σοι λέγοιμ' ἂν, ἅγε παροῦσ' ὁρᾷς,
ἐν ξυμφοραῖσι τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
ἐγὼ μὲν ἄϋπνος, πάρεδρος ἀθλίῳ νεκρῷ,
νεκρὸς γὰρ οὗτος οὕνεκα σμικρᾶς πνοῆς,
θάσσω· τὰ τούτου δ' οὐκ ὀνειδίζω κακά.
σὺ δ' ἡ μακαρία μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις
ἥκετον ἐφ' ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας.
ΕΛ. πόσον χρόνον δὲ δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε;
ΗΛ. ἐξ οὗπερ αἷμα γενέθλιον κατήνυσεν[v].
ΕΛ. ὦ μέλεος, ἡ τεκοῦσά θ', ὡς διώλετο.
ΗΛ. οὕτως ἔχει τάδ', ὥστ' ἀπείρηκεν κακοῖς.
ΕΛ. πρὸς θεῶν, πιθοῖ' ἂν δῆτά μοί τι, παρθένε;

79. ὅπως δ' ἔπλευσα Ald. et omnes MSS. δὴ ex Reiskii conjectura edidit Brunckius. Sed cum in hac formula particulam istam admissam non meminerim, delevi. Mox ἥγε pro ἅγε Kingius edidit ex R. quod ideo notavi, ne quis, regulam nostram de anapæstis impugnaturus, codicum auctoritatem desideret. Infra 526. Sophocl. Œd. C. 1209. Leviter corrigendus Aristophanes Athenæi III. p. 95. F. Καὶ μὴν, τὸ δεῖν', ἀκροκώλι', ἅγε σοι τέτταρα Ἥψησα τακερά.

86. σὺ δ' εἶ μ. Ald. Recte Dawesius σὺ δ' ἡ, quod confirmant tres Musgravii MSS. unus Brunckii ex correctione et K. Mirum est Musgravio hanc lectionem displicuisse, qui ἦ substituit, et 88. sine causa addi ἐν vult.

87. Pro ἥκετον dat ἥκεις Eustathius ad Il. A. p. 146, 12. = 110, 8. K. 809, 37. = 730, 47. Od. T. 1856, 14. = 683, 19. in postremo loco addens, ὅπερ ἀστείως ἡ Ἠλέκτρα ἐκεῖ περὶ Ἑλένης φησί. Sane numeri suavius ad aures accidunt, et structura tum apud Græcos, tum apud Latinos, usitata est. Noster apud Æschinem c. Timarch. p. 154, 11. ed. Reisk. Κἀγὼ μὲν οὕτω, χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς, Λογίζομαι τἀληθές. Quis non meminit Horatiani? *quibus ipse meique Ante Larem proprium vescor.*

91. ἀπείρηκ' ἐν Ald. Syllabas conjunxi. Electra enim sua mala parvi pendit, neque ea memorat, nisi quatenus ex fratris morbo oriuntur. Deinde Græci non dicunt, ἀπειρηκέναι, ἀπειπεῖν ἐν κακοῖς, sed sine præpositione, ut Hec. 936. (930.) ἀπεῖπον ἄλγει. Alia ratio est loci Androm. 87.

92. πρὸς τῶν θεῶν πείθοιο τί μοι παρθένε primo dederat M. sed statim acutum in prima πείθοιο transverso calamo delendum monuit, deinde duo puncta super ει et circumflexum super οι posuit. Voluit nempe significare legendum πιθοῖο. MS. Dor-

v. Vide Porsoni notam ad Phœniss. 463. sub fin.

ΗΛ. ὡς ἄσχολός γε συγγόνου προσεδρίᾳ.
ΕΛ. βούλει τάφον μοι πρὸς κασιγνήτης μολεῖν;
ΗΛ. μητρὸς κελεύεις τῆς ἐμῆς; τίνος χάριν;
ΕΛ. κόμης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς.
ΗΛ. σοὶ δ' οὐχὶ θεμιτὸν πρὸς φίλων στείχειν τάφον;
ΕΛ. δεῖξαι γὰρ Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι.
ΗΛ. ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους.
ΕΛ. ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δ' ἐμοὶ λέγεις.
ΗΛ. αἰδὼς δὲ δὴ τίς σ' ἐς Μυκηναίους ἔχει;
ΕΛ. δέδοικα πατέρας τῶν ὑπ' Ἰλίῳ νεκρῶν.
ΗΛ. δεινὸν γάρ· Ἄργει τ' ἀναβοᾷ διὰ στόμα.
ΕΛ. σύ νυν χάριν μοι, τὸν φόβον λύσασα, δός.
ΗΛ. οὐκ ἂν δυναίμην μητρὸς εἰσβλέψαι τάφον.
ΕΛ. αἰσχρόν γε μέν τοι προσπόλους φέρειν τάδε.
ΗΛ. τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας;
ΕΛ. εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.
ΗΛ. καὶ μὴν τίνοι γ' ἂν τῇ τεθνηκυίᾳ τροφάς.
ΕΛ. καλῶς ἔλεξας, πείθομαί τε σοὶ, κόρη,
καὶ πέμψομαί γε θυγατέρ'· εὖ γάρ τοι λέγεις.
ὦ τέκνον, ἔξελθ', Ἑρμιόνη, δόμων πάρος,
καὶ λάβε χοὰς τάσδ' ἐν χεροῖν, κόμας τ' ἐμάς·

vill. etiam pejus habet *πρὸς γὰρ τῶν θεῶν πειθοῖο τί μοι παρθένε.* Metrum quidem his lectionibus corrumpitur, et particula *ἂν* non recte abest: tum male additur articulus, quem a Comicis in hac adjurandi formula raro omitti, a Tragicis semper, monui ad Med. 325. (328.) Apud Athenæum IV. p. 161. F. legendum *Ἀριστοφῶν δ' ἐν Πυθαγοριστῇ, πρὸς τῶν θεῶν οἰόμεθα τοὺς πάλαι ποτὲ,* tandem vidit in indice Schweighæuser.

94. *βούλει* omnes fere MSS. et Schol. pro *βούλῃ.*

97. *φίλων* pro *φίλον* Brunck. ex membr.

100. Sic Ald. et plerique MSS. *ἐλέγξασ'* Reiskius, quod admisit Brunckius. Deinde *φίλ' ὡς ἐμοὶ* legit Musgrav. Ex MS. sui lectione *φίλα δὲ, φίλια δὴ* edidit Brunckius. Si quid mutandum, legerim, *Ὀρθῶς γε λέξασ' οὐ φίλως ἐμοὶ λέγεις.*

101. *σ'* addunt Brunckii membr. Aug. 2. Mosq. A. Harl. J. N.

106. *πρόσπολον* Ald. sed pluralem multi MSS. Cant. M. N. et sic R. a prima manu, *πρόσπολον* ex emendatione.

110. *Καλῶς* pro *Ὀρθῶς* tres MSS. apud Valckenaer. ad Hippol. 715. Mosq. A. *Ὀρθῶς* et hic et 100. J. et *Καλῶς* suprascriptum, de quo rursus dubitandi materia suppetit.

ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
μελίκρατ' ἄφες γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην,
καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε·
Ἑλένη σ' ἀδελφὴ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς,
φόβῳ προσελθεῖν μνῆμα σὸν, ταρβοῦσά τε
Ἀργεῖον ὄχλον· εὐμενῆ δ' ἄνωγέ νιν
ἐμοί τε καὶ σοὶ καὶ πόσει γνώμην ἔχειν,
τοῖν τ' ἀθλίοιν τοῖνδ', οὓς ἀπώλεσεν θεός.
ἃ δ' εἰς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμὲ,
ἅπανθ' ὑπισχνοῦ νερτέρων δωρήματα.
ἴθ', ὦ τέκνον μοι σπεῦδε, καὶ χοὰς τάφῳ
δοῦσ', ὡς τάχιστα τῆς πάλιν μέμνησ' ὁδοῦ.
ΗΛ. ὦ φύσις, ἐν ἀνθρώποισιν ὡς μέγ' εἶ κακὸν,
σωτήριόν τε τοῖς καλῶς κεκτημένοις.
ἴδετε γὰρ ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας,
σώζουσα κάλλος· ἔστι δ' ἡ πάλαι γυνή.
θεοί σε μισήσειαν, ὥς μ' ἀπώλεσας,
καὶ τόνδε, πᾶσάν θ' Ἑλλάδ'· ὢ τάλαιν' ἐγώ.
αἱ δ' αὖ πάρεισι τοῖς ἐμοῖς θρηνήμασι
φίλαι ξυνῳδοί· τάχα μεταστήσουσ' ὕπνου
τόνδ' ἡσυχάζοντ', ὄμμα δ' ἐκτήξουσ' ἐμὸν
δακρύοις, ἀδελφὸν ὅταν ὁρῶ μεμηνότα.
44. *οἴσεται* edd. MSS. Emendatio est Mureti V. L. III. 11. comparantis Herc. F. 178. 683. Electr. 869. Et sic citat Lambinus ad Horat. A. P. 123. Nimirum, ut, cum scribere *οι* conaris, si lineola tangis circulum, *α* efficis; ita contra, si *α* exarare vis, et lineolam a circulo dividis, diphthongum *οι* effingis. Euripides Ion. 1272. *ἐκ γὰρ ἄκων προὔλαβον μόγις πόδα.* Quis non videt *οἴκων* legendum? Pherecrates Athenæi VI. p. 269. B. Pollucis VI. 60. *'Οπταὶ κίχλαι γὰρ ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι.* Pyrrhichius in tertio loco. Pollucis ed. Aldina: *'Οπταὶ κίχλαι δ' ἐπὶ τοῖς δ' ἀνάβροιστ' ἠ.* Lege igitur: *'Οπταὶ κίχλαι δ' ἐπὶ τοῖσδ' ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι.* Epigramma apud Athenæum XIV. p. 629. A. *ἢ ῥα θεοῖσι Τᾷ Σικυῶνι καλὸν τοῦτ' ἀπέκειτο γέρας.* Revoca fugitivam literam et lege, *Τοῖς Σικυῶνι.* Epistola Anaximenis apud D. Laërtium II. 5. *οἱ δὲ Αἰακέος παῖδες ἄλλοις τὰ κακὰ ἔρδουσι.* Lege *ἄλαστα κακὰ*, ut Eurip. Troad. 1239. Quod miror non vidisse Valckenaerium ad Herodot. III. 139. Etymolog. M. p. 57, 48. *ἄλαστα τὰ κακά.* (dele *τά*.)

45. Similiter dixerat in Alope *ἐκ τρόχων πεπαυμένον* apud Ammonium v. *τροχοί.* ubi statim addenda sunt e MS. Reg. 16. D. XIV. *ἐν δὲ Μηδείᾳ· 'Αλλὰ οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι.*

48. Nutricem alloquitur tanquam vilissimam supellectilis partem. Quod ita deridet Alexis Athenæi XI. p. 483. E. *Εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, Παλαιὸν οἴκων κτῆμα.* Imitatur Ennius apud Nonium v. *Eliminor: Antiqua herilis fida custos corporis, Quid sic te extra ædes exanimata eliminas?*

51. Pronomen sine accentu L. et 485. 549. 817. 932. 1007. 1207. 1338. sed *σοὶ* in 485. 549. Ald.

54. Reponendus fortasse hic versus in Bacchis post 1029. *πίτνοντα* Eumathius VII. p. 314.[ι]

ι. Pors. scilicet, ut solebat, ediderat *πιτνοῦντα.* Vid. ad Hec. 23.

ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι, μολοῦσαν δεῦρο, δεσποίνης τύχας.
ΠΑΙ. οὔπω γὰρ[κ] ἡ τάλαινα παύεται γόων;
ΤΡΟ. ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ.
ΠΑΙ. ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας εἰπεῖν τόδε,
ὡς οὐδὲν οἶδε τῶν νεωτέρων κακῶν.
ΤΡΟ. τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι.
ΠΑΙ. οὐδέν· μετέγνων καὶ τὰ πρόσθ' εἰρημένα.
ΤΡΟ. μὴ πρὸς γενείου κρύπτε σύνδουλον σέθεν·
σιγὴν γάρ, εἰ χρή, τῶνδε θήσομαι πέρι.
ΠΑΙ. ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν,
πεσσοὺς προσελθών, ἔνθα δὴ παλαίτεροι
θάσσουσι, σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ,
ὡς τούσδε παῖδας γῆς ἐλᾷν Κορινθίας
ξὺν μητρὶ μέλλει τῆσδε κοίρανος χθονὸς
Κρέων· ὁ μέντοι μῦθος εἰ σαφὴς ὅδε,
οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν οὐκ εἶναι τόδε.
ΤΡΟ. καὶ ταῦτ' Ἰάσων παῖδας ἐξανέξεται

57. μολούσῃ omnes edd. et plerique MSS. MS. tamen E. et Lib. P. cum X. Π. 57. μολοῦσαν. Vulgatam confirmare videtur Philemon Athenæi VII. p. 288. D. ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα. Si sana ea est, aptius exemplum adduci non potest quam Iph. A. 492, 3. Hos duo versus ita vertit Ennius apud Ciceron. Tusc. III. 26. *Cupido cepit miseram nunc me proloqui Cœlo atque terræ Medeai miserias;* ut invenisse videatur Μηδείας. Sed cum δεσπότῃ det Juntina Scholiorum editio ad Phœn. 1. δεσποίνης vero codex Augustanus apud Valckenaerium et editio Lascaris, hoc prætuli.

60. Sic MSS. et L. Male Aldus et contra sensum, δεσπόταις.

67. παλαίτατοι edd. et MSS. παλαίτεροι Piersonus e X. Π. 1178.

72. τάδε X. Π. 1183. Infra 79. 889. τόδε Lasc. sed in priore loco τάδε X. Π. 1238. Oblitus sum monere ad Phœniss. 438. e MSS. τάδε edidisse Valckenaerium. Ipse e solo J. notavi: postea vero iterum inspexi Cant. et M. quorum ille habet τόδε, hic τάδε. Hic sane τάδε prætulerim, ut vitetur homœoteleuton.

κ. Reddas Anglice, *Why*. Quem vocis usum in interrogationibus frequentissimum optime servamus in Div. Matth. XXVII. 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; *Why, what evil*— Elegantissime etiam imitatus est Virgilius, Georg. IV. 445. Nam *quis te, juvenum confidentissime,* &c.

πάσχοντας, εἰ καὶ μητρὶ διαφορὰν ἔχει;
ΠΑΙ. παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων,
κοὐκ ἔστ' ἐκεῖνος τοῖσδε δώμασιν φίλος.
ΤΡΟ. ἀπωλόμεσθ' ἄρ', εἰ κακὸν προσοίσομεν
νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ' ἐξηντληκέναι.
ΠΑΙ. ἀτὰρ σύ γ', οὐ γὰρ καιρὸς εἰδέναι τάδε
δέσποιναν, ἡσύχαζε, καὶ σίγα λόγον.
ΤΡΟ. ὦ τέκν', ἀκούεθ' οἷος εἰς ὑμᾶς πατήρ;
ὄλοιτο μὲν μή, δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμός,
ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται.

76. N finale addunt Lascaris cum Aldo hic et 332. 343. 697. 894. 907. 1036. 1252. 1292. 1295. 1299. 1356. 1366. Omittunt ambo 121. 122. 127. 1080. 1086. Numerorum commodo solus addit Lascaris 1094. Quater addidit Aldus, ubi omittit Lascaris, 566. 1034. 1103. 1210. In Hippolyto vicies addit N Aldus, cum metro necessarium est: 18. 45. 91. 93. 101. 189. 281. 416. 459. 483. 514. 601. 810. 874. 979. 1045. 1265. 1351. 1353. 1376. Sic etiam L. nisi in duobus locis 979. 1351. Contra, ubi metrum N. postulare videtur, ἤϊξεν 165. habet solus L. (lege ἦξεν. Paullo ante 155. ἔπλευσεν Ald. ἔπλευσε Lasc. Infra 742. ἀγέλαισι Lasc. ἀγέλῃσιν Ald.) Lectiones quas dat L. in Medea 1031. ἀνθρώποισιν, in Hippolyto 724. παισὶν προθεῖναι (sic), 1173. ναίουσιν, 1180. ὤλεσεν, metro nocent; sine necessitate additur πύλῃσιν 101. παρ' οἷσιν 435. πάροιθεν 1461. Sed illud imprimis notandum, editionem Florentinam sæpe in fine versus, ubi sequens versus a simplici consonante incipit, N addere, ut syllaba ultima longa evadat. Atque hoc semel in Medea observasse memini, 1205. ubi ἀπώλεσεν. Lasc. (ἀπώλεσε; Ald.) sæpius in Hippolyto, sc. 28. 116. 451. 469. 628. 1233. 1279. 1325. 1418. In quibus solus incedit Lascaris. Semel, ubi ille habet ἤνεσεν, accedit Aldus, 1334. Hinc patet, Grammaticum, e cujus recensione prodierunt exemplaria, quorum simile nactus est in Hippolyto Lascaris, in ea fuisse sententia, ut longa syllaba versum semper finiendum crederet, si modo hoc diversa scribendi ratione confieri posset. Aliquando etiam in fine versus Alcestidis aut Andromaches N addidit Lascaris, quanquam ibi, ut in Medea, parum sibi constat; sed in Hippolyto una tantum, eaque levis, occurrit exceptio 1027. διέφθορε Θνητῶν, ubi N addidit ex codicibus Valckenaerius (1014.), eandemque ob causam, ut suspicor, licet nihil monuerit, 28. 451. (446.) 1334. (1319.) idem fecit. Nam Phœniss. 1181. (1190.) ἐκόμπασεν dedit e MSS. Leidd. Equidem ipse N addendo hiatus vitare contentus, breves syllabas in talibus locis servavi; verum si quis semper longas præferet, (debet enim aut semper aut nunquam,) non culpabo. Porro id obiter monendum, Aldum, qui raro in Hecuba et Oreste, nunquam in Phœnissis N finale ante consonantem propter metrum addiderit, in Medea et deinceps plerumque addere.

77. προσείσομεν. L.

ΠΑΙ. τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γιγνώσκεις τόδε,
ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ,
οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν,
εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ;[λ]
ΤΡΟ. ἴτ', εὖ γὰρ ἔσται, δωμάτων εἴσω, τέκνα.
σὺ δ' ὡς μάλιστα τούσδ' ἐρημώσας ἔχε,
καὶ μὴ πέλαζε μητρὶ δυσθυμουμένῃ.
ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖσδ', ὥς τι δρασείουσαν, οὐδὲ παύσεται
χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα.
ἐχθρούς γε μέντοι, μὴ φίλους δράσειέ τι.

ΜΗΔΕΙΑ.

δύστανος ἐγὼ, μελέα τε πόνων,

84. γιγνώσκει contra MSS. plerosque in edd. quasdam irrepsit. Sed γινώσκει C. Non igitur error typographicus, ut putat Musgravius. γινώσκεις Lasc. Ald. γ addit uterque 230. 931. sed 560. habet Ald. omittit L. γίγνεται et γίγνομαι uterque 14. 708. 753. Mox pro δικαίως J. Gulielmius διὰ κλέος conjicit: versum excidisse suspicatur Musgravius; hunc ipsum spurium censet Brunckius. Mihi videtur sententiam prioris versus quodammodo mollire voluisse Euripides.

88. ἔσω L. et Π. versui sequenti præfigit, i. e. in fine prioris ponit, ut semper in hac editione.

89. σύ θ' Ald. Deinde 95. ἰὼ præponit Brunckius, nescio unde, sed credo ex MSS. sic enim notatur in margine exemplaris Aldinæ, quod mecum benevole communicavit Vir doctissimus et mihi longo amicitiæ usu conjunctissimus, Carolus Burneius junior. Hunc MS. in varietatibus ad Medeam notandis C. vocabo.

93. χόλον L. et mox κατασκῆψαι τινά.

95. τὲ cum accentu, ut in aliis locis, ubi accentum non recipit syllaba præcedens, habet L. 235. 376. 538. 585. 613. 708. 733. 790. 884. 950. 1185. 1387. 1409. Et hæc regula nunc in MSS. nunc in edd. servatur; in Æschyli e. g. editione Stanleiana, quam scripturam cum per negligentiam secuta sit Glasguensis, hos accentus pro variis lectionibus bona fide notavit Schutzius. Versu sequente prius μοι caret accentu in L. Ald. recte, ut infra 115.

λ. Propter οὐ subjectum τῷ εἰ, Elmsl. sententiam claudit in versu priore, deinde εἰ in καὶ mutat. Jure autem vulgatum defendunt Reisig. et Matthiæ. Scilicet οὐ omnino non pertinet ad εἰ, sed cum στέργει conjunctum valet μισεῖ. Confert Matthiæ. Aj. 1131. εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών· h. e. εἰ κωλύεις. Alterum citat exemplum ipse Elmsleius; sed, quo nihil facilius, corrigit.—Cf. Demosth. Olynth. I. 16, 11. εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν, ... ταῦτα ποιῆσαι...οὐ τολμήσετε;

ἰώ μοί μοι, πῶς ἂν ὀλοίμαν;
ΤΡΟ. τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες· μάτηρ
κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον.
σπεύσατε θᾶσσον δώματος εἴσω,
καὶ μὴ πελάσητ' ὄμματος ἐγγὺς,
μηδὲ προσέλθητ', ἀλλὰ φυλάσσεσθ'
ἄγριον ἦθος στυγεράν τε φύσιν
φρενὸς αὐθάδους.
ἴτε νυν, χωρεῖθ' ὡς τάχος εἴσω.
δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον
νέφος οἰμωγῆς, ὡς τάχ' ἀνάψει
μείζονι θυμῷ· τί ποτ' ἐργάσεται
μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος
ψυχὴ, δηχθεῖσα κακοῖσιν;
ΜΗ. αἶ αἶ αἶ αἶ.
ἔπαθον τλάμων, ἔπαθον μεγάλων
ἄξι' ὀδυρμῶν. ὦ κατάρατοι
παῖδες ὄλοισθε στυγερᾶς ματρὸς
ξὺν πατρὶ, καὶ πᾶς δόμος ἔῤῥοι.
ΤΡΟ. ἰώ μοι μοι ἰὼ τλήμων·
τί δὲ σοὶ παῖδες πατρὸς ἀμπλακίας

97. *μάτηρ* retinui cum L. et Aldo; et longe minorem auctoritatem in Dorismo retinendo quam in ejiciendo sequor. Brunckius et Beckius sibi non constant.

101. *μὴ δε* L. qui mox cum Aldo *νῦν*. Alibi etiam *νῦν* contra metrum uterque, ut infra 697. 922. *φυλάσσετε* MS. E. Lib. P. L. Ald. *φυλάσσοισθ'*. Edidi post alios *φυλάσσεσθ'*, ut habent A. B. D. et X. Π. 1242.

105. *δηλοῖ δ'* conjicit Musgravius, sine necessitate, ut mihi quidem videtur. Mox *ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον* Ald. *αἰρόμενον* Canterus, Musgravio probante. Sed quod edidit Brunckius, habent A. B. D. E. L. Est figura, quam Rhetores vocant *ἀναστροφὴν*, cujus alterum exemplum hæc editio præbebit infra 1105.

106. "MS. E. *ἀνάξει*," inquit Musgravius, "quam varietatem reliqui fere omnes, quin et Scholiastes quoque agnoscit." *ἀνάψει* Lascaris in textu, sed *ἀνάξει* pro var. lect. in margine.

107. *μείζωνι* et 109. *δειχθεῖσα* L.

110. Brunckium sequor. Vulgo *αἶ αἶ* bis tantum, sed *ἒ* quater membranæ. *αἶ αἶ ἔπαθον τλήμων μεγάλων* L.

115. Sic L. *τλῆμον* Ald.

116. *δέ σοι* Lasc. Ald. Sed adjectivum melius puto.

μετέχουσι; τί τούσδ' ἔχθεις; οἴμοι,
τέκνα, μή τι πάθηθ' ὡς ὑπεραλγῶ.
δεινὰ τυράννων λήματα, καί πως
ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,[μ]
χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν.
τὸ δ' ἄρ' εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισιν
κρεῖσσον· ἔμοιγ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως,
ὀχυρῶς γ' εἴη καταγηράσκειν.
τῶν γὰρ μετρίων, πρῶτα μὲν εἰπεῖν
τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
λῷστα βροτοῖσιν· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς,
μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ
δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.

ΧΟΡΟΣ.

ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυστάνου Κολχίδος·
οὐδέ πω ἤπιος; ἀλλ', ὦ γεραιὰ,
λέξον· ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω
μελάθρου βοὰν ἔκλυον·
οὐδὲ συνήδομαι, γύναι,
ἄλγεσι δώματος,

122. τὸ γὰρ edd. et MSS. Mutavit Brunckius, qui deinde ὀχυρῶς γ' pro ὀχυρῶς τ' edidit e Reiskii conjectura.

125. Herodotus III. 80. πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην.

128. οὐθένα L. quod serioris Atticismi est, et mox θνητοῖς.

133. ἤπιος. L. et 144. αἶ. αἶ. τάλαινα διάμου. L.

134. ἐφ' Beckius, errore typorum.

136. Hic locus Valckenaerii memoriam effugerat, cum in Rheso 261. ἐφήδομαι pro συνήδομαι reponere volebat; sed hoc satis defendit Brunckius ad Hippol. 1295. Mihi quoque συνησθησόμενοι in Isocrate præ vulgata lectione placet, Pollucis auctoritate munitum.

μ. Musgravius: *Pauca aliorum voluntate, pleraque sua agentes.*

ἐπεὶ μὴ φίλια κέκρανται.
ΤΡΟ. οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα γὰρ ἤδη
τάδ'· ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων,

138. Magna in hoc versu variantium seges. Lascaris dedit, ἐπεί μοι φίλα κέκραται. Lib. P. ἐπεί μοι φίλια κέκραται. Aldus, ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται. MSS. A. B. C. D. habent, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται. Edidit Musgravius, ἐπεὶ μὴ φίλι' ἃ κέκρανται. Sed sine hac distinctione idem sensus exsisteret. Poteris etiam legere, ἐπεί μοι φιλία κέκραται, *Ex quo amicitia mihi cum hac domo intercessit.* ἐπεὶ idem est quod ἐξ οὗ sæpe alibi et supra 26. φιλίας ἀνακίρνασθαι Noster Hipp. 256. Herodotus IV. 152. φιλίαι συνεκρήθησαν. VII. 151. φιλίην συνεκεράσαντο. Æschyl. Choëph. 342. νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν. Et hoc fortasse verum. Nec tamen absurda est lectio quatuor codicum et Scholiastæ, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται, ut φίλον cum δῶμα concordet. Brunckius et Beckius, ἐπεὶ μὴ φίλια κέκρανται.

139. 140. Omnes MSS. et pleræque edd. φροῦδα τάδ' ἤδη· Ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων, utriusque versus cum dispendio. Aldus etiam δῶμα, quod retinet Beckius. Sed λέκτρα, quod edidere Musgravius et Brunckius, habet Lascaris. E Musgravii conjectura dedere Brunckius et Beckius, τὸν μὲν γὰρ ἔχει. Sed rectius, opinor, si fieri potest, servabitur nominativus, ut ὁ μὲν et ἡ δ' accuratius opponantur. Deinde rectius dicitur Jason ἔχειν quam ἔχεσθαι. Dedi igitur non prorsus ex conjectura, φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ'· ὁ μὲν γὰρ ἔχει. Scholiastes: ἀπὸ δὲ ἀρσενικοῦ εἰς οὐδέτερον μετέστη. φροῦδα γὰρ τάδε. τὰ οἰκήματα λέγει. Prævideo tamen objectionem, cui ut ipse vim aliquam tribuo, sic non eousque valere arbitror, ut hæc lectio rejiciatur. Scilicet objici potest, particulam γὰρ intra tantillum spatium repeti, quod apud Comicos sæpissime occurrit, apud Tragicos multo rarius. Et fatendum est, quædam hujusmodi in vulgatis editionibus mendose circumferri: spurius enim est versus Sophoclis Aj. 555. ex alio dramate ad marginem adscriptus, quæ sententia est Viri summi, Valckenaerii, ad Hippol. 247. In Hippol. 885. ex A. B. L. receptum est δὲ pro γάρ. Heraclid. 476. πρῶτον γὰρ τόδ' ἐξαιτήσομαι. Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν Κάλλιστον. Sed pro γὰρ priore legendum videtur μέν. Nec tamen desunt indubiæ fidei exempla, quorum pauca, sed aptissima proferam. Æschyl. Prom. 333. Πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής. Choëph. 751. τὸ μὴ φρονοῦν γάρ, ὡσπερεὶ βοτὸν, Τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός· Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις. 989. Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον· Ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην. Suppl. 494. κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς. Καὶ γὰρ τάχ' ἄν τις οἶκτος, εἰσιδὼν τάδε, Ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος στόλου. Euripid. Phœniss. 959. οὐ γάρ ἐστιν ἤθεος· Κεἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος. Ubi Valckenaerium, quamtumvis suspicacem, hæc suspicio non tetigit. Suppl. 845. ἐπιστήμων γὰρ εἶ. Εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ Τολμήμαθ'. Iph. A. 1421. γενναία γὰρ εἶ· ὅρα δ'· ἐγὼ γὰρ βούλομαί σ' εὐεργετεῖν. 1432. γενναῖα γὰρ Φρονεῖς· τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν; Scholiastes ad Æschyl. Choëph. 320. Προσθοδόμοις Ἀτρείδαις] τοῖς πρότερον ἐσχηκόσι δόμον. νῦν γὰρ Οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα γὰρ τάδε ἤδη. Vides nostrum versum, sed ita citatum, ut in hunc usque diem inter Scholiastæ verba latuerit. Quod

ἡ δ' ἐν θαλάμοις τάκει βιοτὰν

sane cum non paucis aliis Poëtarum fragmentis acciderit, loca quædam indicare operæ pretium fortasse videatur. Nihil enim majus habemus quod agamus, et otio fruimur. Sed priusquam alienos errores insectabor, præstabit fortasse meos corrigere, ne mihi vetus illud occinatur: Τί τἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε, Κακὸν ὀξυδερκεῖς,[ν] τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις; In nota ad Orest. 5. p. 5. col. 1. l. 3.[ξ] delenda sunt ea verba: "in eo leviter errans, quod a Καὶ inciperet, cum putaret, opinor, ὡς esse Athenæi, non Archilochi." Recte enim versum ab Ὡς incipit Bentleius. Sed in eadem fabula longe gravius peccatum est ad versus 676. 677. 678. 679. Redigendi enim sunt ad vulgatum ordinem δ' α' β' γ'. In 676. (679.) παρὰ edidi pro πρὸς, non male, ut arbitror; verum lectorem monitum oportebat. Sin forte Clericus aliquis, vel Pauwius, vel alius mihi adversarius obtigisset, isque hunc errorem detexisset, quanta, putas, cum verborum lenitate me excepisset? Verum isti homines et ceteræ ejusmodi quisquiliæ requiescant in pace. Neminis enim existimationem in hac nota scribenda lædere constitui, nisi *Præclarorum hominum ac primorum signiferumque.* Ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν.

I. Bentleius in immortali ista de Phalaridis epistolis dissertatione hæc verba Epist. LI. (XXIV. Lennep.) θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὥς φασί τινες, οὐ προσήκει, ex Euripide mutua sumta existimat, cui sane hactenus assentior. Verum, quod non vidit Vir summus, non sunt ista ex Euripide imitando expressa, sed sunt ipsa Tragici verba, ita legenda: Θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν Οὔτοι προσήκει. Duo erant, quæ, ne viri docti hoc perviderent, faciebant: primum, quod nesciebant ἀθάνατον primam producere, quod apud omnes antiquos et genuinos Græciæ poëtas semper fieri præstabo, alias forsitan Brunckii et aliorum errores castigaturus; deinde paullo minus grati sunt numeri, quam in plerisque Tragicorum senariis, non tamen omnino inusitati. Euripid. Hec. 1230. ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά. Ion. 612. ἐλθὼν δ' ἐς οἶκον ἀλλότριον, ἔπηλυς ὤν. Bacch. 1064. λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον. Simile est, cum tribrachys in quarto loco vocem complet, eumque monosyllabon præcedit. Sophocl. Antig. 263. κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφυγε τὸ μὴ εἰδέναι. Citassem et Philoct. 4. Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε τὸν Μηλιᾶ, et monuissem Νεοπτόλεμε esse Pæonem primum, si quenquam discipulorum meorum crederem tam stupidum esse aut bardum, ut hoc nesciret. Verum ne tironum judicio viderer diffidere, locum istum, ut vides, omisi. Alibi etiam citat iste Pseudo-Phalaris Tragicorum iambos, ut Epist. LXXXVII. (CXVI.) Πολλῷ δὲ κρεῖσσόν ἐστι, μὴ δεδοικότα, Παθεῖν τὸ μέλλον δεινὸν, ἢ δεδοικότα. Qui videntur Agathonis esse. Epist. CXXII. (V.) ἐπεὶ δὲ ἀναπτύξας τὸ πλευρὸν ἐγύμνωσε Πάσης μὲν ὠμότητος ἀνάπλεων φόνον, Παντὸς δὲ θανάτου δυσποτμώτερον μόρον, τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα. Vides duo senarios. Tantum rescripsi ἀνάπλεων pro ἀνάπλεω et δυσποτμώτερον pro δυσποτμότερον. Hoc posterius adde exemplis a me allatis ad Phœniss. 1367.

ν. ὀξυδορκεῖς corrigit Blomf. ad. Æsch. Theb. 34.

ξ. Sc. Edit. Londin. 1798. Pag. 132. hujus edit. ubi vide.

δέσποινα, φίλων οὐδενὸς οὐδὲν

II. Kusterus in Suida v. ἐκβιαστής hæc verba edidit: ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας. Ubi καὶ ex penu sua edidit, cum deberet νύττουσι θ' ἡμᾶς edere, si modo vidisset duo hos esse senarios. Sed melius, opinor, legetur ὄντες pro εἰσι, quomodo exstat in Georgio Piside contra Severum 652. In v. ἱστορημέναι hæc verba citantur: Οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημέναι μόνον, Ὡς ζωγραφοῦσιν οἱ γραφεῖς τὰς εἰκόνας. Quæ desumta sunt ex ejusdem Acroasi tertia de Heraclii Expeditione v. 46. Scriptor Anonymus in Suida v. Στέγει, citatus a Pauwio ad Anacreont. p. 92. Τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει, Ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος. Dorvillius Vann. Crit. p. 360. in Pauwium strenue invehitur, quod duo senarios in his verbis latere non viderit. Respondet Pauwius, ut potest, præf. ad Phrynichum p.**** 2, b. ubi ait, non versus iambicos esse, sed versus iambicos esse posse. Hoc fieri posse, ut duo simul versus imprudenti excidant, non præfracte equidem negarim. Synesius enim Epist. XLIII. ait: ἔγνωκε πλεῖν εἰς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία, ἐκεῖ διαλλαγησόμενος πρὸς τὴν τύχην. Quæ credo Synesii ipsius esse verba, non e Comico quopiam desumta. Dum de Synesio loquimur, in loco supra citato ad v. 1. lege ἐπὶ pro εἰς, et deinde "Synesius Dion. p. 54. B." Sed, ut fors ferebat, Dorvillius recte et ordine fecit; duo enim ipsi versus exstant in Georgio supra memorato Piside Acroasi III. de Exped. Heraclii v. 100.

III. Verissime observat Wyttenbachius in Epist. Crit. (p. 29.) Homericas allusiones viros etiam doctissimos fallere. Quanquam enim apud Suidam v. ἀτέχνοις locus Homeri a sermone communi distinguitur, in Schol. ad Aristophan. Ran. 106. sine ulla citationis nota editum est: ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ Τεχνήεντες ἔχυντο. (Od. Θ. 296.) Themist. XV. p. 191. A. Μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔτι νέον γε. Sic lege pro παλαιὸν ex Il. I. 523. et sic Priscianus Aldi XVIII. p 229. b. pessime Putsch. p. 1176, 5. Incertus ap Stob. LXXXIV. p. 349. Ἤ τι κασιγνήτοις ἐπιμέμφεται; lege ἐπιμέμφεαι ex Od. Π. 97.

IV. Scholiastes ad Sophocl. Œd. T. 1191. τὸ τῆς τύχης γὰρ ῥεῦμα μεταπίπτει ταχύ. Hic est versus Menandri apud Clericum p. 34. et Etymologum M. p. 685, 38.

V. Plutarch. T. II. p. 777. 8. ὡς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος ἄπωθεν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζεται. Versus est Euripidis Hippol. 102. unde saltem variam lectionem lucramur, ἄπωθεν pro πρόσωθεν. At hoc, inquies, leve est. Leve sane est, sed hoc ipsum oculos effugit Valckenaerii, *nostrum melioris utroque*. Nihil contemnendum est, neque in bello, neque in re critica. Idem Vir summus Diatrib. p. 125. e Dionis Chrysostomi verbis hos versus Euripidei Philoctetæ extundere conatur: Εἰ δ' οὖν θελήσεις τοῦδε κοινωνεῖν βίου, Ἔστ' ἂν ποθέν σοι παραπέσῃ σωτηρία, Οὐκ ἂν φθονοῖμεν· δυσχερῆ δὲ θεάματα Τἄνδον, ξέν', εἰσίν. Quanto melius erat, pro tot versibus, quos non scripsit Euripides, unum, quem scripsit, posuisse? Δύσμορφα μέντοι τἄνδον εἰσιδεῖν, ξένε. Quem fabulæ isti adscribendum vidit Gatakerus nostras ad M. Antonin. IV. 3. p. 92. e Plutarcho T. II. p. 521. A. Et tamen Valckenaerius Gatakeri opera diligenter legerat, Plutarchi diligentissime. Sed εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

VI. Sagaciter vidit Toupius, locum Plutarchi T. II. p. 519. A. ad Menandri Γεωργὸν pertinere: εἶτά μοι σκάπτων ἐρεῖ, Ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις. ταῦτα γὰρ Πολυπραγ-

παραθαλπομένα φρένα μύθοις.

μονῶν νῦν ὁ κατάρατος περιπατεῖ. Sed male emendat σκάπτοντι, ut liquet ex alio Plutarchi loco p. 511. E. ὁ δὲ Ἀττικὸς ἐρεῖ τῷ δεσπότῃ σκάπτων, ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις.

VII. Fragmenta scenæ istius, ubi Zethus cum Amphione colloquitur, collegit Valckenaerius Diatrib. p. 74—87. Sed idem Dionis locum ex Orat. LXXIII. p. 635. C. citat p. 68. ὡς ἐκεῖνος (Zethus) ἐνουθέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν, οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν· ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον μοῦσαν εἰσάγειν. Mirum sane, si quid in homine mirum est, eum non vidisse, hæc esse Zethi verba, hoc modo legenda: Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον, Ἀργὸν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ· quomodo citat Sextus Empiricus adv. Math. VI. 27. ubi male ἀργὴν editur, male etiam MSS. quidam ἀσύμφωνον. Ex hac quoque scena desumtus videtur versus ab Athenæo XIV. p. 616. C. Plutarcho Symp. II. 1, 13. citatus, eandem historiam de hominibus diversis narrantibus: Κακῶν κατάρχεις, τήνδε μοῦσαν εἰσάγων.

VIII. Æschyli locum Suppl. 689. apud Plutarchum Erot. p. 758. F. indicavi ad Phœniss. 800. Alium locum ejusdem fabulæ 944. πεσήματ' ἀνδρῶν, κἀπολακτισμοὶ βίου, citat Plutarchus de Curiositate p. 517. F. βίων, quod vulgato deterius videtur. Tertium locum ex Myrmidonibus citatum, qui deinceps in proverbium abiit, de quo vide G. Canterum Nov. Lect. VI. 15. Casaubonum ad Athen. XI. 12. p. 494. B. Toupium Epist. Crit. p. 418. latentem vidit apud Dionysium Halicarnass. de admirabili vi dicendi in Demosthene T. II. p. 272, 39. (970. ed. Reisk.) vidit, inquam, Valckenaerius in postumis ad Callimachea notis p. 286. sed in loco constituendo longissime a vero aberravit. Æschyli primo versus transcribam e Scholiaste ad Aristoph. Av. 808. Ὡς δ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος, Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν ἀετὸν Εἰπεῖν, ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος, Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς Ἁλισκόμεσθα. Verba sunt Achillei querentis, quod Patroclum armis suis ornatum ipse ad necem miserit. Nunc locum Dionysii videamus. Καὶ τοσαύτην ἐκμηκύνας (Plato) περίφρασιν, ὀλίγοις τοῖς (lege ὀλιγίστοις) ὀνόμασι δυναμένου περιληφθῆναι πράγματος, ἐπιλαμβάνεται τῆς ἀκαιρίας αὐτὸς αὑτοῦ, καὶ φησί· Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος [ἔοικεν] εἶναι ὁ τόπος· ὥστ' ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος γένωμαι, προϊόντος τοῦ λόγου, μὴ θαυμάσῃς. τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρρω διθυράμβων τινῶν φθέγγομαι . . . . . . πἄλλων τοῖς αὑτῶν λόγοις ἁλισκόμεθα . . . αν, δαιμονιώτατε Πλάτων, διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότες. Lege et supple: φθέγγομαι. ΤΑΔ' ΟΥΧ ΥΠ' ἄλλων, ΑΛΛΑ τοῖς αὑτῶν ΠΤΕΡΟΙΣ ἁλισκόμεσθα, ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΡΑΓΩιΔΙαν, δαιμονιώτατε Πλάτων, διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότες. Eustathius ad Iliad. Z. p. 632, 35 = 489, 1. ὁ Προῖτος δηλαδὴ (πέμπε) τὸν Βελλεροφόντην, γράμματα καθ' ἑαυτοῦ κομίζοντα, καὶ ταῦτα οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτοῦ, τραγῳδικῶς εἰπεῖν, ἁλισκόμενον πτεροῖς. [Post πτεροῖς adde: Idem ad Il. Φ. p. 1221, 49 = 1303, 17. καὶ ὅτι κατὰ παροιμίαν τὴν λέγουσαν τοῖς ἑαυτῶν πτεροῖς ἁλίσκεσθαι τὰ βαλλόμενα ὄρνεα, οὕτω καὶ οἱ κοῦροι οὗτοι τοῖς ἑαυτῶν ἱμᾶσι δεσμοῦνται. "*Melancholy is it to reflect,*" *says Morad Bey*, "*that the arrow, which has stuck in the eagle's wing, is tipped with the eagle's feather.*" *Captain*

ΜΗ. αἶ αἶ· διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία

(Sir Robert) *Wilson's Campaign in Egypt*, p. 65.[o]] Wallerus nostras:

TO A LADY SINGING ONE OF HIS SONGS.

That Eagle's fate and mine are one,
Who on the shaft that made him die
Espied a feather of his own,
Wherewith he wont to soar so high.

(Alia loca ex eadem ejusdem dramatis scena desumta vide infra ad v. 750.)

IX. Philemon apud Clericum p. 372. Eustathium ad Iliad. Ω. 617. p. 1368, 5 = 1507, 38. *λίθον μὲν τὴν Νιόβην μὰ τοὺς θεοὺς, Οὐδέ ποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι, Ὡς τοῦτ' ἐγένετο.* Bentleius versum explet legendo *Λίθον μὲν εἶναι τὴν Νιόβην·* Brunckius pro *οὐδέποτε* substituit *οὐπώποτε* ad Aristoph. Vesp. 983. Neuter recte. Sed totum Eustathii locum apponere juvabit. *φέρεται δὲ χρῆσις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς Φιλήμων λέγει, ὅτι λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδέποτε ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι ὡς τοῦτ' ἐγένετο καὶ κήδεα πέσσει, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κακῶν τῶν συμπεσόντων καὶ τοῦ συμβάντος πάθους οὐδὲ λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα, προσηγορεύθη διὰ τὸ μὴ φωνεῖν λίθος.* Hæc omnia veteri Scholiastæ suffuratum esse optimum Præsulem, patet e Scholiis Venetis a Villoisono editis, quæ easdem corruptelas ad unam omnes retinent, nisi quod correctius *ἐγὼ* præponunt, corruptius habent *πείθομαι* pro *πεισθήσομαι.* Quanquam non male fortasse legere possis, *οὐδὲ νῦν γε πείθομαι*, cum *πείθομαι* habeat quoque codex Townleianus. Sed ex eodem codice legendum est: *Ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεοὺς, Οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι, Ὡς τοῦτ' ἐγένετ' ἄνθρωπος· ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν Τῶν συμπεσόντων, τοῦ τε συμβάντος πάθους, Οὐδὲν λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα, Προσηγορεύθη, διὰ τὸ μὴ φωνεῖν, λίθος.*

X. Nunc ad Athenæum paullisper nos convertamus. Is enim etiam post Casauboni curas non omnino mendis vacat. Sed hoc opus non est hujus loci. In Athenæi igitur libro secundo p. 58. B. *χηνείων δ' ὠῶν Ἔριφος·—ὠὰ λευκά γε, Καὶ μεγάλα· χήνει' ἐστὶν, ὥς γε μοι δοκεῖ. Οὗτος δέ φησι ταῦτα τὴν Λήδαν τεκεῖν.* Ultimus versus in impressis pro Athenæi verbis legitur. Idem Athenæus x. p. 419. C. *Ἄλεξις ἐν Συντρόφοις· Ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον· οὐθ' ὑπεργέμων Ἀπέρχομαι νῦν, οὔτε κενὸς, ἀλλ' ἡδέως Ἔχων ἐμαυτοῦ.* Verum addenda erant sequentia verba, quæ quatuor senarios explebunt: *Μνησίθεος γάρ φησι δεῖν Φεύγειν ἁπάντων τὰς ὑπερβολὰς ἀεί.* Non enim poëtas solum citant veteres Comici, sed etiam ludi jocique causa omnis generis scriptores. Ut brevitati consulam, uno exemplo defungar, idque ex Athenæo ipso deligam, IX. p. 377. F. Sosipater: *Οὐ παντελῶς εὐκαταφρόνητος ἡ τέχνη, Ἣν κατανοήσῃς, ἐστὶν ἡμῶν, Δήμυλε, Ἀλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα, καὶ πάντες σχεδὸν Εἶναι μάγειροί φασιν, οὐθὲν εἰδότες.* Ubi cum *πέπαυται* aperte metrum vitiet, in margine quidem *πέπραται*, in animadversionibus vero *οἴχεται* p. 654. conjicit Casaubonus. Prius adscivit Grotius in Excerptis p. 887. Nollem factum: *Ἐνταῦθα γάρ τοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ, Κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.* Secunda quippe in *πέπραται* producitur. Altera conjectura nimis longe ab antiquæ lectionis vestigiis recedit. Legendum

---

o. De hoc Addendo uncinis incluso vide Præfat. in fin.

βαίη· τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;

nulla fere mutatione, Ἀλλὰ ΠΕΠΛΥΤΑΙ τὸ πρᾶγμα. Eodem sensu dixit Æschines καταπεπλύσθαι contra Ctesiphont. p. 434. ed. Taylor. laudatus a Polluce VII. 38. qui præterea docet, meretricem pervulgatam πλύμα vocari. Integer locus his est: τότε μὲν ἦν σπάνια τὰ καλὰ παρ' ἡμῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα τίμιον· νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ στεφανοῦν ἐξ ἔθους, ἀλλ' οὐκ ἐκ προνοίας ποιεῖσθε. Sed ad propositum redeamus. Theopompus Comicus Althæa XI. p. 502. A. Λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον Φιάλην. Sic pro χρυσέων legit Piersonus ad Mœrin p. 413. rectius quam Valckenaerius ad Herodot. II. 130. χρυσίων. Sed gravius erravit ibidem Valckenaerius, dum hunc versum pro tetrametro venditat: Λαβοῦσα πλήρη χρυσίων μεσόμφαλόν γε φιάλην. Primo istud γε nulli usui inservit, præterquam explendo metro. Deinde finalem tetrametri iambici catalectici syllabam semper præcedat oportet iambus, nisi in proprio nomine; ubi interdum, sed raro, admittitur anapæstus, ut in Aristoph. Thesmoph. 554. Sequuntur in Athenæo: Τελεστὴς δ' ἄκρατον ὠνόμαζεν ἵν' ὡς τοῦ Τελεστοῦ ἄκρατον τὴν φιάλην εἰρηκότος. Aldus omittit ἵν', bene vero sit Casaubono, qui e MSS. addiderit. Sunt enim duo senarii, si modo maculas abstergas: Λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον Φιάλην· Τελεστὴς δ' ἄκατον ὠνόμαζέ νιν. Deinde addit Athenæus, Telesten (dithyrambicum poëtam scilicet) ἄκατον dixisse pro φιάλην. Erant autem multa apud Græcos nomina, navigiorum et poculorum communia, qualia sunt γαῦλος, κύμβη, κάνθαρος, τριήρης, et non absimile καρχήσιον. Epitome Athenæi apud Casaubon. Animadv. XI. 4. p. 782, 62. Ἄκατος. ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. Postremo observabis, Theopompum tragicam gravitatem affectare, ideoque tragicis formis χρυσέαν et νιν uti.

XI. Vulgi superstitiones ridens Clemens Alexandrinus Strom. VII. p. 482, 4. εἰκότως τοίνυν δεισιδαίμονες περὶ τοὺς εὐοργήτους γενόμενοι, πάντα σημεῖα ἡγοῦνται εἶναι τὰ συμβαίνοντα καὶ κακῶν αἴτια· ἐὰν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον· κἂν, μηδὲν ἄλλο ἔχων, διατράγῃ ληκύθιον· ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας ᾄσῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖον τινός. Et hic latuere quatuor Comici senarii, sed leviter corrupti, ita legendi et distinguendi: Ἢν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον, Κἂν, μηδὲν ἄλλ' ἔχων, διατράγῃ θύλακον· Ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἢν ἀφ' ἑσπέρας Ἄισῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖον τινός. Quod restitui, θύλακον, et metrum resarcit et sensum juvat. Sic etiam mox Bion: τί δὲ καὶ θαυμαστὸν, εἰ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ τι φάγῃ; Theophrast. Char. XVI. de Superstitione: Καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν. Vide doctam Frid. Lindenbrogii notam ad Terent. Phorm. IV. 4. 26. ubi hæc quoque loca laudat, sed nihil de versibus suspicans. Nec quicquam suboluit Duporto ad Theophrastum. Θύλακος, ut notum est, primam semper producit: insigniter corruptus est Aristophanis locus Ran. 1234.[π]

XII. Stobæus Ecl. Eth. p. 158.

π. Locus est, καὶ κωδάριον, καὶ ληκύθιον, καὶ θυλάκιον, ubi videtur Poeta facetissimus joci causa tribrachyn in sextam sedem intulisse, ut vox θυλάκιον præcedentibus κωδάριον, ληκύθιον responderet. Conf. Eupolidis jocum a Porsono citatum ad Hec. 719.

φεῦ φεῦ· θανάτῳ καταλυσαίμαν,

Ἂν γὰρ ἀποθανῇ εἷς τις πονηρὸς, δύο ἀνέφυσαν ῥήτορες, οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἐόλεως ἐν τῇ πόλει, ὥστις ἐπικαύσει τὰς κεφαλὰς τῶν ῥητόρων, κεκολόπευκας, τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσῃ. Hæc Platoni sub titulo τοῦ αὐτοῦ tribuuntur in Græco Stobæi margine, Platoni Phæd. in Latino, et pro versione sunt tantum: "Hic quoque locus in Platone reperiri non potuit." Certe non exstat neque in Phædro neque in Phædone. MS. in Museo Britannico servatus habet τοῦ αὐτοῦ, deinde ἀνέφησαν ῥήτορες·—ἰόλεως—κεκολλόπευκας τι γάρ οὖν—. Sin codex aliquis Cantero obtulit τοῦ αὐτοῦ φαίδ. non omnino abhorreret a verisimilitudine, Platonis esse Comici locum e Phaone desumtum. Certe sunt Comici alicujus veteris verba, ita in versus digerenda: ἂν γὰρ ἀποθάνῃ Εἷς τις πονηρὸς, δύ' ἀνέφυσαν ῥήτορες· Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν Ἰόλεως ἐν τῇ πόλει, Ὅστις ἐπικαύσῃ τὰς κεφαλὰς τῶν ῥητόρων. Κεκολλόπευκας· τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσει. Aristides pro Quatuorviris T. III. p. 222. (II. p. 134, 4.) ὥστε καὶ τοὺς ῥήτορας ἡσυχίαν ἔχοντας ὡς τὰ πολλὰ παρείχετο. ὥστ' εἰ μὴ καθ' Ἡρακλέα, κατὰ γοῦν τὸν Ἰόλεων, ἣν ἐπικαίων, (ἐπικάων recte ed. Junt.) ὡς τὸ τοῦ Κωμικοῦ ῥῆμα, τὰς κεφαλὰς τῶν πλειόνων. Quod ultimum melius videtur quam τῶν ῥητόρων. Neque desunt loca, ubi Plato Comicus cum Platone Philosopho confundatur. Suidas: Παρουσία. λέγεται οὕτως ἐπὶ τῆς τῶν παρόντων βασιλείας, ὡς καὶ ἐν Πλάτωνος Φαίδωνι· ὡς καὶ νῦν ἔχομεν παρουσίας. Est senarius, initio defectus. Quem citans Piersonus ad Mœrin p. 297. ait: "Platonis locum ab aliis velim mihi indicari." Legendum ex Photio MS. Φάωνι. Priscian. XVIII. p. 1185, 12. Attici, ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον, καὶ τούτῳ. Πλάτων περὶ λάγιος· πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην. Vellem scire, quis sit iste Lagis, aut ubi de eo Plato locutus sit. Lege: Πλάτων Περιαλγεῖ. Ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην. Verba sunt ipsius Poëtæ gloriantis eodem modo, quo Aristophanes Nub. 549. Ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν γαστέρα.

XIII. At tu, doctissime Wyttenbachi, cujus eruditionem, ingenium, humanitatem suspicio, utinam paullo majorem curam in versibus a Plutarchi oratione distinguendis adhibuisses. Ubicumque enim aut integri versus, aut fragmenta, quorum verba eodem ordine citantur, quo a poëta scripta sunt, leguntur, ibi puto talia fragmenta a citantis oratione diligenter separanda. De Virtute Morali p. 442. C. Ὅση πέφυκε κάφ' ὅσον διέρχεται, est versus Œdipodis Euripidei, quod subindicavit Musgravius. Erot. p. 758. B. ἀλλὰ πειθὼ καὶ χάρις ἐνδιδοῦσα πόνον ἡδὺν ὡς ἀληθῶς κάματον ὑφηγεῖται. Hic tu, Vir præstantissime, πόνον ἡδὺν καὶ ὡς ἀληθῶς εὐκάματον, partim recte, partim secus, corrigis. Legendum enim πόνον ἡδὺν ὡς ἀληθῶς κάματόν τ' εὐκάματον ex Eurip. Bacch. 66. Emendate legitur idem versus de Tranquillitate p. 467. D. An seni gerend. Resp. p. 794. B. sed Philosophi verbis permixtus. In Consol. p. 117. A. dedisti ut versum, Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ, deinde σὺ σοὶ, quæ sequuntur, ad prosam detrudis. Verum αὐτῷ delendum erat, utpote varia lectio ex αὐτὸς nata, et σὺ σοὶ addendum, ut sit parodia Sophoclis Œd. T. 379. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί. Ubi obiter nota, δὲ a Plutarcho defendi. Alia quædam hujusmodi notare poteram. Sed non tanti est. Hos enim errores aut ipse per te jam correxisti, aut corrigendos monebis in Notis, quas ut brevi pertexas et publices, omnes docti mecum exoptant. Quæ ego dedi, speciminis loco sufficiant;

βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.
ΧΟ. ἄϊες, ὦ Ζεῦ, καὶ γᾶ, καὶ φῶς, στροφή.
ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος
μέλπει νύμφα;
τί σοι ποτὲ τᾶς ἀπλάστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,
σπεύσει θανάτου τελευτάν;
μηδὲν τόδε λίσσου.
εἰ δὲ σὸς πόσις
καινὰ λέχη σεβίζει,
κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου·
Ζεύς σοι τόδε συνδικάσει·
μὴ λίαν τάκου,
δυρομένα σὸν εὐνήταν.

lectoribus certe meis placitura spero. Cum enim judicii acumen et ingenii felicitatem invitissimi in alio agnoscamus, hujusce laboris laudem, quæ solum industria et patientia, aut summum memoriola quadam constat, facile mihi concessum iri auguror.

148. Apollodorus Tarsensis apud Scholiasten hunc versum Medeæ tribuebat. Unde eum statim legisse ἰαχὰν ἄϊον, τὰν δύστανος colligit Wyttenbachius Bibl. Crit. Part. v. p. 48. conferens supra 131. infra 207.

151. τίς σοι vulgo. τί ex A. Brunckius, et sic citat Scholiastes, quanquam τίς explicat. Mox ἀπλάστου A. L. ἀπλήστου Ald.

152. Sic Ald. ἔρως Lasc. quod edidit Brunckius.

156. σεβίζει λέχη L.

157. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου edd. MSS. et Eustath. ad Il. Z. p. 633, 43=490, 24. Partim propter metrum, partim quia vix æquum erat a Medea, ut ne omnino irasceretur, exigere, legit Musgravius, δεινῶς τοδὶ μὴ χαράσσου. Deinde e Scholiaste variam lectionem eruit et probat, τόδε μὲν χαράσσου. Edidit Beckius post Brunckium λίαν pro τόδε. Verum hoc nimis audax videtur, et λίαν statim recurrit. Repetitiones verborum, ut non sunt nisi gravissimis de causis tollendæ, ita non sunt ex emendatione obtrudendæ. Quod primo vult Musgravius τοδὶ, metro quadrat, sed tam raro occurrit apud Tragicos, ut ipse tantum ταυτὶ ex Suppl. 156. τῳδὶ ex Herc. F. 667. protulerit. Addere quidem poterat νυνὶ e Suppl. 308. sed priorem locum Marklandus suspectum habere videtur, et hunc vix quisquam, opinor, sanum crediderit, qui vel obiter inspexerit. In Herc. F. 667. legendum τῷδ' ἦν pro τῳδί. Reliqui vulgatum, sed proxime ad Brunckii mentem corrigo, κείνῳ τόσον μὴ χαράσσου. Deest μὴ in A. Schol. χαράσου L. sic δυσεβοῦσι 753. δυσεβεῖ 1284. δυσεβοῦς 1380.

158. τάδε Ald. τόδε ex A. L. Brunckius.

160. ὀδυρομένα MSS. et edd. δυρομένα Musgravius. Vide ad Hec. 728. Eustathius ad Il. B. p. 218, 19=165, 20. εὑρίσκεται δὲ καὶ τὸ

ΜΗ. ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι,
λεύσσεθ' ἃ πάσχω, μεγάλοις ὅρκοις
ἐνδησαμένα τὸν κατάρατον
πόσιν; ὅν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ'
αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους·
οἵ γ' ἐμὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν.
ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην
αἰσχρῶς, τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν.
ΤΡΟ. κλύεθ' οἷα λέγει, κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν, Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων
θνατοῖς ταμίας νενόμισται;
οὐκ ἔστιν ὅπως ἔν τινι μικρῷ
δέσποινα χόλον καταπαύσει.
ΧΟ. πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἁμετέραν ἀντιστροφή.
ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων
δέξαιτ' ὀμφὰν,
εἴ πως βαρύθυμον ὀργὰν
καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη;
μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον
φίλοισιν ἀπέστω.
ἀλλὰ βᾶσά νιν
δεῦρο πόρευσον οἴκων
ἔξω, φίλα, καὶ τάδ' αὔδα.
σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι
τοὺς ἔσω· πένθος
γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται.

ὀδύρεσθαι δύρεσθαι. Deinde εὐνήταν pro εὐνέταν Brunckius.

162. λεύσασθ' L. quod alludit ad aoristum λεύσαθ'.

166. οἵ γε με L. οἵγέ με Ald.

170. Θέμιν Ἰχναίαν Ruhnkenius apud Pierson. ad Mœrin. p. 137. Sed recte Musgravius defendit εὐκταίαν, citans εὐκταίαν Ἐριννὺν ex Æschyli Theb. 729.

172. Sic Brunckius ex A. L. σμικρῷ Ald. contra metrum. Mox 181. βᾶσα νῦν L.

179. T. præfigunt editiones, et X. 181. Sed delendas esse personas recte vidit Tyrwhittus, et delet A.

184. σπεῦσαι Brunck. ex A. σπεῦσον et deinde εἴσω Lasc. Ald. sed supra 88. ἔσω A. L.

ΤΡΟ. δράσω τάδ', ἀτὰρ φόβος, εἰ πείσω
δέσποιναν ἐμάν·
μόχθου δὲ χάριν τήνδ' ἐπιδώσω.
καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης
ἀποταυροῦται δμωσὶν, ὅταν τις
μῦθον προφέρων πέλας ὁρμαθῇ.
σκαιοὺς δὲ λέγων, κοὐδέν τι σοφοὺς,
τοὺς πρόσθε βροτοὺς οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις,
ἐπί τ' εἰλαπίναις, καὶ παρὰ δείπνοις
εὕροντο, βίου τερπνὰς ἀκοάς·
στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας
εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις
ᾠδαῖς παύειν, ἐξ ὧν θάνατοι
δειναί τε τύχαι σφάλλουσι δόμους.
καίτοι τάδε μὲν κέρδος ἀκεῖσθαι
μολπαῖσι βροτούς· ἵνα δ' εὔδειπνοι
δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοάν;
τὸ παρὸν γὰρ ἔχει τέρψιν ἀφ' αὑτοῦ
δαιτὸς πλήρωμα βροτοῖσιν.

ΧΟ. ἰαχὰν ἄϊον πολύστονον γόων·
λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾷ

188. *ἐμὰν* et *ὁρμαθῇ* Lasc. Ald. *ἐμὴν* et *ὁρμηθῇ* Brunck. Sed de his dehinc parcius monebo.

191. *ὅτ' ἄν τις* Lasc. quæ scribendi ratio frequens est in MSS.

193. Plutarchus Conjug. Præc. p. 143. D. Sympos. VII. 7. p. 710. E. *ὡς τά γε ἄλλα φίλος ὢν Εὐριπίδης ἐμὲ γοῦν οὐ πέπεικε, περὶ μουσικῆς νομοθετῶν ὡς ἐπὶ τὰ πένθη καὶ τὰς βαρυφροσύνας μετακομιστέας οὔσης· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρὸν ἐφιστάναι δεῖ νοσοῦσιν ἐσπουδακότα καὶ νήφοντα τὸν λόγον, τὰς δὲ τοιαύτας ἡδονὰς τῷ Διονύσῳ καταμίξαντας ἐν παιδιᾶς μέρει τίθεσθαι.* Pro *ἐπὶ δ'* malim *ἐπί τ'*.[p]

207. *πολυστόνων* L. X. Π. 808. nescio an melius. Mox 214. 215. duo versus e tribus feci.

---

p. In Corrigendis prioris editionis, in qua legebatur *ἐπὶ δ'*, scripserat Porsonus: "Vide, lector, humanam incogitantiam. Lege, *ἐπί τ' εἰλαπίναις*, ut habet Lascaris, et confer 266. 1185." Huic monito omnes recentiores editiones obtemperarunt.

τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον.
θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦσα
τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν,
ἅ νιν ἔβασεν
Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον
δι' ἅλα νύχιον, ἐφ' ἁλμυρὰν
πόντου κλῇδ' ἀπέραντον.

ΜΗ. Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμφησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν

211. Ζανὸς Brunck. Beck.

215. κλῄδ' L. κλῆδ' Ald. 659. κλῄδα uterque.

217. Lege aut μή μοι τι cum Aldo, aut μή μοί τι cum Lascari. μέμψησθ' Ald. μέμφησθ' A. B. D. L. P. Schol.[σ] Sequentia sunt valde difficilia et intricata. In secundis curis ad emendationem confugit Musgravius et legit ἐργμάτων ἄπο, deinde οἵ τ' pro οἱ δ', ut significet οἵ. Membranæ ὀμμάτων τ' ἄπο. Ut in re incerta, Brunckii emendationem præfero, ὀμμάτων ἔπι. Ceterum ex Ennii versione apud Ciceronem Epist. VII. 6. *Nam multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul; Multi, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati*, conjicit Wyttenbachius ubi supra p. 53. hanc lectionem in suo codice habuisse Ennium: τούς τε δωμάτων ἔπι, τούς τ' ἐν θυραίοις. Idem mox δ' ἄρ' pro γὰρ legit. Versum 216. ita vertit Ennius: *Quæ Corinthi arcem altam habetis, matronæ opulentæ, optimates.*

σ. μέμψησθ' Matthiæ. Elmslei. quorum prior: "μέμφησθ' recepit ..... Porson. qui tamen ad Hec. 1174. μὴ μέμφῃ nullo modo tolerari posse dixerat." Hæc mireris: quis enim ita intellexerit Porsonum, quasi in utroque loco sibi ipse non constaret? Postea autem subjicit Matthiæus: "Quod vero Elmsl. dicit, si μέμφησθ' legatur, Ennium contra linguæ indolem hæc verba interpretatum esse, non intelligo." Quod quare intelligi nequeat, nescio: Ennius enim ita interpretatus erat, quasi μὴ μέμφησθ' vetantis esset, et valeret, *ne reprehendite;* quod contra linguæ indolem fieri censuit Elmslei. post Porson. ad Hec. 1174. [1166.] Jam tandem, quo magis mireris, Matthiæ. addit: "At nemo monuit, quod e scholiis apparet, grammaticos μή h. l. non pro particula vetante habuisse, sed cum ἐξῆλθον junxisse, ἐξῆλθον ἵνα μὴ μέμψησθε. Tunc μέμφησθε rectius videtur." Vera quidem hæc; ut id solum mirer, quare miretur Vir doctissimus illud a nemine monitum, quod vix quenquam, præter Ennium, latuisse credebam.

In iis quæ sequuntur interpretandis Scholiasten sequuntur Matthiæus et Elmsleius; merito, ut mihi videtur. *Multi magnam de se existimationem concitarunt*, vel *in superbiæ suspicionem inciderunt, partim quidem conspectum hominum vitando, partim autem in publico versando: alii contra, in otio delitescentes, ignaviæ opinionem consecuti sunt; sed injuria.*

σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.
δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς,
στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.
χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει·
οὐδ' ἀστὸν ᾔνεσ', ὅστις, αὐθάδης γεγὼς,
πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο.
ἐμοὶ δ' ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε
ψυχὴν διέφθαρκ'· οἴχομαι δὲ, καὶ βίου
χάριν μεθεῖσα κατθανεῖν χρῄζω, φίλαι.
ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα, γιγνώσκεις καλῶς,
κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὑμὸς πόσις.
πάντων δ', ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.
ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
πόσιν πρίασθαι, δεσπότην τε σώματος
λαβεῖν· κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν.

218. γεγονότας Suidas v. Σεμνόν. sed propius vero Photius MS. γεγότας.

219. οἱ δ' ἀμφ' L.

221. ἔνεστιν, quod habet Scholiastes, edidit Brunckius. Ceteri cum Stobæo IX. p. 53. Grot. ἔνεστ' ἐν, quod et ipsum non malum, sed alterum paullo numerosius. ἔστιν ἐν Eustath.

222. ἐκμάθῃ Eustath. ad Il. Γ. p. 415, 12=314, 48. Utraque lectio proba. Sæpe enim πρὶν cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso ἂν, quod in sermone familiari semper requiritur.[τ]

229. χρῄζω L.

230. γιγνώσκειν καλὰ pro γιγνώσκειν καλῶς edidit Brunckius. γιγνώσκω Canter. γίγνεσθαι Reiskius. Simplicissimam Musgravii emendationem recepi.

236. τοῦδ' ἔτ' Lasc. Ald. τοῦτό γ' Musgravius e B. D. Et sic Stobæus p. 309. ed. Grot. qui paullo ante δὲ pro τε. Membranæ τοῦτ' ἄλγιον. Hæ varietates difficiles interdum sunt ad dijudicandum, præsertim si ε præcedit γ' aut ab ἔτ' eliditur. Mox 242. οἵῳ conjicit Musgravius, non male; sed nihil opus.

τ. Sed accuratius regulam tradit Elmsleius ad h. l. "Subjunctivum non usurpant Tragici, nisi in priore membro adsit negandi aut prohibendi significatio." Aliter autem requiritur infinitivus, quem (ἐκμαθεῖν) bene in textu reliquit Porsonus.

κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακὸν λαβεῖν,
ἢ χρηστόν· οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ
γυναιξὶν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν.
εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην,
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,
ὅτῳ μάλιστα χρήσεται ξυνευνέτῃ.
κἂν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ
πόσις ξυνοικῇ, μὴ βίᾳ φέρων ζυγὸν,
ζηλωτὸς αἰών· εἰ δὲ μὴ, θανεῖν χρεών.
ἀνὴρ δ', ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνὼν,
ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας ἄσην,
ἢ πρὸς φίλον τιν' ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς·
ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.
λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον
ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί·
κακῶς φρονοῦντες· ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὑτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος.
σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμοι,
βίου τ' ὄνησις, καὶ φίλων κοινωνία·
ἐγὼ δ' ἔρημος, ἄπολις οὖσ', ὑβρίζομαι

243. κἀν L.

247. καρδίας *χόλον* Ald. Sed e MSS. quinque, ed. Lasc. Eustathio ad Il. I. p. 739, 36=635, 14. edidit Musgravius καρδίαν ἄσης. Malim tamen cum Olympiodoro apud Ruhnken. ad Timæum v. ταλασιουργία, legere καρδίας ἄσην, cui constructioni favet Aldina lectio. In Bacch. etiam 607. melior lectio videtur, a Brunckio edita, σαρκὸς τρόμον, quam σάρκας τρόμον. MS. E. καρδίαν ἄτης.

248. φίλων Ald. φίλον Brunckius ex A. L. Deinde Euripides, quo judice unus amicus μυρίων κρείσσων ὁμαίμων (Orest. 796.) amico æqualem non opponeret. Dedi igitur πρὸς ἥλικας, *ad æqualium cœtum*, ut Phœniss. 1761. πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς.

249. Antipater Stobæi LXV. p. 417, 40. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι· ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν, τὴν τοῦ ἀνδρός.

250. Ennius apud Varronem de L. L. lib. v. p. 60. ed. Scaliger. 1581. Nonium v. *Cernere: Nam ter sub armis malim vitam cernere, Semel quam modo parire.*

254. αὐτός πρός σε Lasc. αὐτὸς πρὸς σὲ Ald.

255. πόλις γ' Lasc.

256. συνουσία edd. et MSS. sed A. pro var. lect. κοινωνία.

πρὸς ἀνδρὸς, ἐκ γῆς βαρβάρου λελησμένη,
οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφὸν, οὐχὶ συγγενῆ
μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς.
τοσοῦτον οὖν σοῦ τυγχάνειν βουλήσομαι,
ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ
πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν,
τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἥν τ' ἐγήματο,
σιγᾶν· γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα,
κακή τ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν·
ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.
ΧΟ. δράσω τάδ'· ἐνδίκως γὰρ ἐκτίσει πόσιν,
Μήδεια, πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχας.
ὁρῶ δὲ καὶ Κρέοντα τῆσδ' ἄνακτα γῆς
στείχοντα, καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων.

259. οὐδὲ Ald. X. Π. 756. οὐχὶ Brunckius ex A. L.

260. συμφοράς L.

261. σου L. Ald.

262. τίς L.

264. Sic omnes edd. (præter Lasc. qui ἐγείματο habet) et MSS. cum Eustathio ad Il. Θ. p. 694, 24=573, 44. Grammatici præcipiunt, ut γαμεῖν de viro, γαμεῖσθαι de femina dicatur, quæ regula certe plerumque observatur. Anacreon tamen apud Ammonium habet: Ἐκεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Anti-Atticista apud Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 482. citat ex Ἀντιφάνους Ἀσώτοις, ἐγημάμην a viro de se dictum. Sed hæc cum Valckenaerio figurate usurpata existimo, eodem fere sensu, quo Electra de Ægistho Elect. 936. Ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή. Martialis: *uxori nubere nolo meæ.* Fortasse igitur, ut tali sarcasmo utatur Medea, legendum est ᾗ τ', quod quam facile in ἥν τ' abire posset, nihil attinet dicere. Contra ipsa de se infra 606. γαμοῦσα dicit. Nec tamen negabo, bene etiam legi posse, ᾗ τ' ἐγήματο, ut mox 290. τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην.

265. φόνου Ald. Sed φόβου Lib. P. et, puto, MSS. alii, certe C. Et sic ed. Lasc. Schol. ad Sophocl. Antig. 61. Stobæus p. 308. ed. Grot. Idem mendum irrepsit in Hec. 245. Proximo versu κακή τ' edidit Brunckius e Tyrwhitti conjectura: κακὴ δ' edd. MSS. Stob. Schol. hic et ad Sophoclem, sed ibi κακή τ' clam edidit Brunckius.

267. εἰς L.

269. δράσον L. δρᾶσον Ald. ἐκτίσῃ L. Ald. et omnes, credo, editiones, quæ meam præcedunt. Et sic habent ubique in secundis indicativi passivi personis, nisi cum aliter habere moneo. Quod non mirum est, si reputas, βούλῃ habere L. 864. δοκῇς 956. quamvis δοκεῖς statim subjungat.

270. θαυμάσω L.

ΚΡΕΩΝ.

σὲ, τὴν σκυθρωπὸν καὶ πόσει θυμουμένην
Μήδειαν, εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾶν
φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα,
καί μή τι μέλλειν· ὡς ἐγὼ βραβεὺς λόγου
τοῦδ' εἰμὶ, κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν,
πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω.

ΜΗ. αἶ αἶ πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι·
ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,
κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.
ἐρήσομαι δὲ, καὶ κακῶς πάσχουσ' ὅμως,
τίνος μ' ἕκατι γῆς ἀποστέλλεις, Κρέον;

ΚΡ. δέδοικά σ', οὐδὲν δεῖ παραμπέχειν λόγους,

275. σὺν αὑτῇ L.

279. αἶ, αἶ L. ἀπόλυμαι L.

280. ἐξιᾶσι L.

282. εἰρήσομαι A. L. Deinde λέγουσ' A. Brunckius mavult, καὶ ξένη περ οὖσ' ὅμως, sine causa, si quid video. Qui adversa fortuna utuntur, eos, quorum in potestate sunt, non audent libere alloqui. Sic Hecuba 240. interrogandi veniam ab Ulysse petit. Vulgatam quoque probat Wyttenbachius.

284. περιαμπίσχειν Ald. et omnes editiones Brunckianam præcedentes, excepta Lasc. quæ παραμπέσχειν habet. παραμπέχειν A. Flor. παραμπίσχειν B. D. E. περαμπέχειν Lib. P. παραμπέχειν recte Beckius post Brunckium. Vulgatum, sed non audacter, defendit Toupius Addend. ad Theocrit. XXI. 26. cum putet, idem juris esse liquidæ ante mutam, quod est mutæ ante liquidam. Nec mendosum esse credit Wyttenbachius p. 55. anapæstum fortasse in quartam sedem admitti posse judicans. Sed demus, anapæstos non vi ejiciendos esse, si omnes consentiant MSS.; eos certe ubi plures tollunt, frustra retinere coneris. Præterea Tragici nunquam in senarios, trochaicos, aut, puto, anapæstos legitimos περὶ admittunt ante vocalem, sive in eadem, sive in diversis vocibus. Imo ne in melica quidem verbum vel substantivum hujusmodi compositionis intrare sinunt; raro admodum adjectivum vel adverbium. Apud Æschyl. Agam. 224. est περιόργως, ibid. 1457. περιώδυνος. In Sophocl. Phædra apud Stobæum Ecl. p. 133. περιωσι' ἄφυκτά τε μήδεα. Œd. T. 1218. περίαλλα, idque forsan posuit in loco Thamyræ corruptissimo apud Plutarch. T. II. p. 1093. D. quod si fecit, ita scripsit ultima: ἔκ τε νόμων, οὓς Θαμύρας περίαλλα μουσοποιεῖ. Sed sive sunt ista Sophoclis, sive Plutarchi verba, περίαλλα conjuncte legendum est. Voce utitur Aristophanes Thesmoph. 1079. Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν Μέρος ἐξέλαχον; Quæ si ipsa Euripideæ Andromedæ verba sunt, pertinent ad systema illegitimum, ut ex præcedentibus liquet. Hinc etiam refellitur Dawesii emendatio ad Sophocl. Œd. T. 1505. μή σφε περιΐδῃς pro μή σφε

μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.
ξυμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος.
σοφὴ πέφυκας, καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις,
λυπεῖ δὲ λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη.
κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,
τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην
δράσειν τι· ταῦτ' οὖν, πρὶν παθεῖν, φυλάξομαι.
κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,
ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.

ΜΗ. φεῦ, φεῦ·
οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,

παρίδῃς. Quod περιϊδεῖν tam sæpe occurrit apud Comicos, argumento est, Tragicis eo uti non licere. Nisi statuere mavis, παρίδῃς genuinæ vocis esse interpretamentum, lege, μὴ παρά σφ' ἴδῃς. At enim dices, περιάγουσιν habet ipse Euripides. Habet sane; sed in Cyclope 686. dramate Satyrico, quæ plures Tragœdiæ leges violant, plures Comœdiæ licentias adsciscunt. Quod exemplo altero libet ostendere. Sophoclis versus quosdam citant Clemens Alexandrinus Strom. v. p. 716, 7. Eusebius Præp. Ev. xiii. 13. p. 680. in quibus est vox ἐπημφιεσμένος. Hanc vero Tragici non minus quam περιάγουσιν, et eandem ob causam, opinor, respuebant. At vero in iisdem versibus occurrunt voces πτίλον ὑπημβρύωσεν, ὁλοσχερὴς, ἐθόρνυτο, quarum nulla Tragicis uti permissum erat. Pro ἐθόρνυτο quidem ἐθρύπτετο habet Clemens, sed manifesta glossa. Versus igitur sunt e Satyrico dramate excerpti. Huc adde, quod Tragici, si vocem puram a περὶ compositam adhibent, huic vitio per tmesin medentur, ut Bacch. 619. Τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι καὶ χηλαῖς ποδῶν. et similiter Troad. 561. apud Cornut. de N. D. p. 184. Κορυφὴ δὲ θεῶν, ὁ περὶ χθόν' ἔχων Φαεινὸς αἰθήρ. Porro, ut id obiter moneam, vox ἐμβρυοῦν cum compositis non comparent neque in Stephano neque in Scapula. Hinc etiam liquet, versus ex Euripidis Sisypho a Pseudo-Plutarcho adductos de Placitis Philosoph. i. 7. rectius Critiæ tyranno tribui a Sexto Empirico adv. Mathem. ix. 54. Τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβου Στοίχους.

285. Lege aut μή μοι τι cum Aldo, aut μή μοί τι cum Lascari.

289. ἀπειλεῖν Ald. et membranæ. ἀπειλεῖς B. D. Cott. L. ἀπειλαῖς Flor. Ex Tyrwhitti conjectura edidit Musgravius ἀπειλεῖν σ', ex sua Brunckius χόλῳ δ' ἀπειλεῖς. Sed mihi videntur hujusmodi tautologiæ non abhorrere ab Euripidis ingenio. Hel. 1059. βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν, λόγῳ θανεῖν; Quod nimis licenter Reiskius et Musgravius emendant, Brunckius vero sine suspicione laudat ad Sophocl. Electr. 61. ἀπαγγέλουσί L.

291. δράσειν τί L.

293. Vide quid faciat unius literulæ mutatio. Lascaris editio habet omnino contra sensum σθένειν. Verum omnes ejus editionis vitiosas lectiones usque ad minutissimum apicem fideliter repræsentavi.

294. φσυ. φεῦ. L. Κρέων Lasc.

ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ,
παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.
χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας,
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.
σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι·
τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον
κρείσσων νομισθεὶς, λυπρὸς ἐν πόλει φανεῖ.
ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης·
σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μὲν εἴμ' ἐπίφθονος,

300. *προσφέρων ἔπη,*

Quod recipiendum esset, si plane constaret, longam syllabam Tragicos, cum possent, semper in fine senarii ponere. Mox γλῶσσα Stobæus p. 143. Grot. pro δόξα, male, quod ad sensum attinet, nec metro convenienter. Confer quæ mox dicturus sum ad Hec. 302. [298.]

297. ἐκδιδάσκεσθαι proprio medii verbi sensu usurpatur. Magister puerum διδάσκει, pater, qui ad magistrum discendi causa mittit, διδάσκεται. Sed hæc aliquando a poëtis confunduntur.

298. Ex A. ἀλκῆς edidit Brunckius, explicat χωρὶς ἀλκῆς ὄντες, deinde conjungit φθόνον cum ἀργίας. Sed ἄλλης servat Aristoteles Rhet. II. 21. qui mox habet ἀνδρῶν pro ἀστῶν. Posses etiam legere αὐτῆς pro ἄλλης. Sin hoc displicet, sumendum est ἄλλης πλεοναστικῶς, quod in locis quibusdam apud Nostrum videor legisse. Pro ἀργίας Wyttenbach. αἰτίας. Quod sane speciosum est.[v]

300. σοφὰ edd. pleræque et MSS. Sed MS. B. et ed. Lasc. ἔπη. Credo equidem, hanc lectionem esse ex Euripidis ipsius curis secundis profectam. Cum enim esset Noster εὐεπίφορος εἰς τὸ ΣΟΦΟΣ, veterem ejus inimicum hoc vitium effugere non poterat. Aristophanes igitur ita argutantem Mnesilochum, Euripidis socerum, inducit, Thesm. 1141. Σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ, Μάτην ἀναλίσκοις ἄν. Ergo hac reprehensione permotus σοφὰ in ἔπη mutasse videtur Euripides. Vide infra ad v. 1314.

302. δοκούτων εἰδέναι τί L.

303. Sic A. L. neque dubito quin alii. Ald. ἐν πόλει λυπρός.

305. Post hunc versum sequebatur, τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου

v. Optime statuit Pors. "sumendum esse ἄλλης πλεοναστικῶς," quod probant et confirmant Elmslei. et Matthiæ. (Cf. Arist. Ran. 1162.) Hic, qui "pudenda," ut de se ipse dicit, "negligentia ἀρετῆς pro ἀργίας e Zimmermanniana in textu remanere passus erat," hoc tantum vitium postea redemit luculenter interpretando vulgatum: "*Præterquam enim quod inertiæ insimulantur, quia in otio ætatem degunt, in invidiam etiam civium incidunt.*" — Deinde πρὸς ἀστῶν in versu posteriori optime confirmat veterem lectionem Orest. 679.

τοῖς δ' αὖ προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.
σὺ δ' οὖν φοβεῖ με, μή τι πλημμελὲς πάθῃς.
οὐχ ὧδ' ἔχει μοι, μὴ τρέσῃς ἡμᾶς, Κρέον,
ὥστ' εἰς τυράννους ἄνδρας ἐξαμαρτάνειν.
σὺ γὰρ τί μ' ἠδίκηκας; ἐξέδου κόρην
ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν· ἀλλ' ἐμὸν πόσιν
μισῶ· σὺ δ', οἶμαι, σωφρονῶν ἔδρας τάδε.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν·
νυμφεύετ', εὖ πράσσοιτε· τήνδε δὲ χθόνα
ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν· καὶ γὰρ ἠδικημένοι
σιγησόμεσθα, κρεισσόνων νικώμενοι.
ΚΡ. λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ', ἀλλ' εἴσω φρενῶν
ὀῤῥωδία μοι, μή τι βουλεύσῃς κακόν.
τοσῷδέ γ' ἧσσον ἢ πάρος πέποιθά σοι.
γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ,
ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός.
ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε·
ὡς ταῦτ' ἄραρε, κοὐκ ἔχεις τέχνην, ὅπως

τρόπου, e v. 804. huc retractus. Deinde τοῖς δ' οὖν Ald. et omnes fere edd. sed αὖ A. B. D. Flor. L. P. Utramque emendationem optime pervidit Piersonus. Deinde 306. pro εἰμὶ δ' οὐκ conjicit Musgravius λῆμα, κοὐκ. Male. Verba, ut vulgantur, sunt Medeæ modeste de se loquentis et vires suas consulto extenuantis.

307. σὺ δ' αὖ L. πλημμελὲς L.

310. τί γὰρ σύ μ' L.

314. τὴν δὲ δὴ Ald. τήνδε δὲ A. L. et, opinor, alii. Verum satis sit semel dixisse, plus momenti ad lectionem constituendam duorum disertis codicum testimoniis inesse, quam ad vulgatam defendendam tacito centum librorum assensui.

317. ἀκούειν citat Dawesius, sed mutatione nihil opus.

319. τοσῷδε γ' Ald. τοσῷδε δ' A. D. Fl. P. τοσσῶ δε δ' Schol. τοσόνδε δ' ed. Lasc. Corrige Musgravii errorem.[φ]

320. αὔτως Lasc. Ald. edd. ceteræ.[χ]

322. Valckenaerii conjecturam ad Phœniss. 497. propositam, λόγους πλέκε, elegantem quidem, recepere Brunckius et Beckius. Sed sanam vulgatam puto.

323. ἄρηρε Ald. ἄραρε A. L. X. Π. 1264.

φ. Qui sc. citaverat Aldinam lectionem, ut et ipse Porsonus in priore editione, τοσῷδέ γ' (sic.) Porsono autem error, ab ipso in Addendis correctus, non debebat a Matthiæo exprobrari.

χ. Reponit Elmsl. αὕτως, quia ab αὕτη derivari, non αὐτὸς, ipse docet accentus. Sed ὡσαύτως revera ab ὁ αὐτὸς formatur; dein αὔτως disjuncta accentum servat, quem in compositione habebat.

μενεῖς παρ' ἡμῖν, οὖσα δυσμενὴς ἐμοί.
ΜΗ. *μὴ πρὸς σὲ γούνων, τῆς τε νεογάμου κόρης.*
ΚΡ. *λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ.*
ΜΗ. *ἀλλ' ἐξελᾷς με, κοὐδὲν αἰδέσει λιτάς;*
ΚΡ. *φιλῶ γὰρ οὐ σὲ μᾶλλον ἢ δόμους ἐμούς.*
ΜΗ. *ὦ πατρὶς, ὥς σου κάρτα νῦν μνείαν ἔχω.*
ΚΡ. *πλὴν γὰρ τέκνων, ἔμοιγε φίλτατον πόλις.*
ΜΗ. *φεῦ, φεῦ· βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.*
ΚΡ. *ὅπως ἂν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.*
ΜΗ. *Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.*
ΚΡ. *ἕρπ', ὦ ματαία, καί μ' ἀπάλλαξον πόνων.*
ΜΗ. *πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα;*

324. *μένης* L.

325. *μὴ πρὸς γονάτων* Ald. Edidi ex L. *μὴ πρὸς σὲ γούνων*, de qua forma dixi ad Phœniss. 866. Hanc adjurandi formulam, quamvis notissimam, hic illic corrupere librarii, ut in locis Sophocl. Trachin. 436. Apollonii Rhod. III. 985. a Brunckio emendatis. Alcest. 281. *μὴ πρὸς τῶν θεῶν τλῆς με προδοῦναι, Ἀλλ' ἀνατόλμα.* Hiatum tollit Musgravius, e MSS. inserendo versum: *Μὴ πρὸς παίδων, οὓς ὀρφανιεῖς.* Optime. Sed duo menda, quanquam levicula, restant. Vix enim credo, compositum istud apud Græcos exstare, *ἀνατολμῶ.* Recte ed. Lasc. *Ἀλλ' ἄνα, τόλμα. Ἀλλ' ἄνα* est phrasis Homerica; a Sophocle etiam usurpata Aj. 194. Præterea Tragici in ista adjurandi formula nunquam articulum addunt; Comici pro libitu vel addunt vel omittunt, sed frequentius addunt. Cum igitur *τῶν* omittat Lascaris, quid planius, quam legendum esse, *Μὴ πρὸς σὲ θεῶν τλῆς με προδοῦναι?*

328. *οὔ σε* Lasc. sed *οὐ σὲ* Ald.

329. *ὥς σου* L. Ald.

330. Sic A. D. L. *πολύ* Ald.

333. Hic ordo verborum restituendus videtur Iph. A. 895. ubi nunc legitur: *ὃς κακῶν τῶνδ' αἴτιος.* Athenæus IV. p. 156. F. *εἶτα πάλιν φακοῖ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι· καὶ ὁ Διϊτρεφὴς δραξάμενος ἔφη, Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν. καὶ ἄλλος ἑξῆς ἀνεβόησε, Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι.* Hinc saltem Euripidis senarium lucramur: *Κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι.*

334. *ἔῤῥ'* conjicit Valckenaerius ad Hippol. 973. ex hujus fabulæ v. 1343. sed recte defendit *ἕρπε* Brunckius, observans, Creontem providum esse, Jasonem vero iratum.

335. MSS. et edd. credo, omnes ante Brunckium, *πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα,* qui certissimam Musgravii conjecturam adoptavit, apte conferens Orest. 1629. *ὦ τλῆμον Ἑλένη, τάμὰ δ' οὐχὶ τλήμονα;* Non minus aptum Hec. 1246. *ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;* Beckius dedit *πόνοι*, et cetera, ut Brunckius.ψ

ψ. Vetus lectio, quam revocarunt Elmsleius et Matthiæus, languere mihi videtur, nisi interposito *καί· πονοῦμεν καὶ ἡμεῖς·* quod cum fieri nequeat, præferenda forsan emendatio Musgraviana.

ΚΡ. τάχ' ἐξ ὀπαδῶν χειρὸς ὠσθήσει βίᾳ.
ΜΗ. μὴ δῆτα τοῦτό γ', ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον.
ΚΡ. ὄχλον παρέξεις, ὡς ἔοικας, ὦ γύναι.
ΜΗ. φευξούμεθ'· οὐ τοῦθ' ἱκέτευσά σου τυχεῖν.
ΚΡ. τί δ' οὖν βιάζει, κοὐκ ἀπαλλάσσει χθονός;
ΜΗ. μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν,
καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ᾗ φευξούμεθα,
παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς, ἐπεὶ πατὴρ
οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις.
οἴκτειρε δ' αὐτούς· καὶ σύ τοι παίδων πατὴρ
πέφυκας· εἰκὸς δ' ἐστὶν εὔνοιάν σ' ἔχειν·
τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντὶς, εἰ φευξούμεθα,
κείνους δὲ κλάω ξυμφορᾷ κεχρημένους.
ΚΡ. ἥκιστα τοὐμὸν λῆμ' ἔφυ τυραννικόν·
αἰδούμενος δὲ πολλὰ δὴ διέφθορα.
καὶ νῦν ὁρῶ μὲν ἐξαμαρτάνων, γύναι,
ὅμως δὲ τεύξει τοῦδε· προὐννέπω δέ σοι,
εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονὸς,
θανεῖ· λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε.
νῦν δ', εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἔθ' ἡμέραν μίαν·
οὐ γάρ τι δράσεις δεινὸν, ὧν φόβος μ' ἔχει.

336. Vulgo ὠθήσῃ. E membranis ὠσθήσῃ Brunckius, recte, opinor. Sunt sane multa apud Græcos verba, quorum futura media passive significant, sed non memini ὠθήσομαι in hac classe vidisse. ἐξωσθέντες occurrit Cycl. 279. ipsa forma ὠσθήσῃ Hel. 460.

340. τί δ' αὖ βιάξῃ L.

341. Medeæ personam omittit L.

342. ξυμπεράναι L.

346. εὔνοιαν σ' L.

348. κλαίω συμφορᾷ L.

351. καὶ νῦν μὲν ὁρῶ γ' ἐξαμαρτάνων ed. Lasc.

353. Vertit Ennius: *Si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* ἡπιοῦσα L.

355. Sic MSS. Par. et ed. Lasc. οὐ ψευδὴς Ald.

356. ἐφ' edd. MSS. X. Π. 225. Literam mutavi, ut melius cum locis similibus 341. 374. 390. congruat. In v. 390. ἔτι X. Π. 888. Aristoph. Lysistr. 767. Καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον. Sic recte Kusterus. Quod edidit Brunckius, Καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ', repudiandum esset, licet in mille codicibus reperiretur.

ΧΟ. δύστανε γύναι,
φεῦ, φεῦ, μελέα τῶν σῶν ἀχέων.
ποῖ ποτε τρέψει; τίνα προξενίαν,
ἢ δόμον, ἢ χθόνα σωτῆρα κακῶν
ἐξευρήσεις;
ὡς εἰς ἄπορόν σε κλύδωνα θεὸς,
Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε.

ΜΗ. κακῶς πέπρακται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω·
ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις,
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτ' ἂν,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν.
ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο,
ὥστ' ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν.
πολλὰς δ' ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδοὺς,
οὐκ οἶδ' ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ, φίλαι·
πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρὶ,
ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος,
σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.
ἀλλ' ἕν τι μοι πρόσαντες· εἰ ληφθήσομαι

360. ποτὲ habet L. rectius, et supra 3.
363. κλύδονα L.
365. πανταχοῦ X. Π. 1060. πανταχῇ L. Ald.
369. θωπεῦσαι ποτ' ἂν Lasc. Ald. Secundum ἂν, quod retinent Ald. et Lasc. auctoritate A. D. Cott. Flor. male delevit Musgravius. Utrumque omittunt membranæ.
375. ᾗ L.
378. ὁποῖαν (sic) L.
381. Valckenaerius et Piersonus hunc versum spurium judicant, sed Brunckii judicium potius sequor: hic igitur retinui, supra post v. 40 ejeci.
382. ἓν τι μοι L.

δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη,
θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.
κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν
σοφαὶ[ω] μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν.
εἶεν. καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;
τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους
ξένος παρασχὼν ῥύσεται τοὐμὸν δέμας;
οὐκ ἔστι· μείνασ᾽ οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον,
ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ,
δόλῳ μέτειμι τόνδε καὶ σιγῇ φόνον·
ἢν δ᾽ ἐξελαύνῃ ξυμφορά μ᾽ ἀμήχανος,
αὐτὴ ξίφος λαβοῦσα, κεἰ μέλλω θανεῖν,
κτενῶ σφε. τόλμης δ᾽ εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν.
οὐ γὰρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω
μάλιστα πάντων, καὶ ξύνεργον εἱλόμην,
Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς,
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
πικροὺς δ᾽ ἐγώ σφι καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.
ἀλλ᾽ εἶα, φείδου μηδὲν ὧν ἐπίστασαι,
Μήδεια, βουλεύουσα καὶ τεχνωμένη.

385. ᾗ L.
386. κτανεῖν Ald. ἑλεῖν Lasc. et MSS. plerique.
389. Eleganter X. Π. 887. δέμας τόδε, sed hoc solo auctore quicquam mutare nolui.
393. ἰξελαύνει L.
394. κἂν μέλλω Flor.
396. Hunc locum ab Eupolide derisum monuit Toupius ad Longinum Cap. xvi. Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Mox 400. σφι pro σφιν e membr. Brunck.
400. Lege, ut omnes edd. et MSS. πικροὺς δ᾽. Non in animo habebam mutare; nec tamen male omitteretur particula, si codices addicerent.[α] σφι pro σφιν e membranis dedit Brunckius.
402. εἴα Lasc. Ald. sic et 816. sed εἶ᾽ 1237. L. ubi εἴ᾽ Ald.

ω. Ita quoque Matthiæus. Melius, ut mihi quidem videtur, Elmsleius σοφοὶ, ut jam de se, non de toto feminarum genere, loquatur Medea. Canonem Dawesianum citatum habes ad Hec. 509.

α. Ita jusserat Pors. in Addendis, cum prius omiserat particulam, ex ejus monitu jam textui restitutam.

ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας·
ὁρᾷς ἃ πάσχεις; οὐ γέλωτα δεῖ σ' ὀφλεῖν[β]
τοῖς Σισυφείοις τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις,
γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρὸς, Ἡλίου τ' ἄπο.
ἐπίστασαι δέ· πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες, εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

ΧΟ. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν στροφὴ α'.
χωροῦσι παγαὶ,
καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαὶ, θεῶν δ'
οὐκέτι πίστις ἄραρε·
τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν
στρέφουσι φᾶμαι.
ἔρχεται τιμὰ γυναικείῳ γένει·
οὐκέτι δυσκέλαδος
φάμα γυναῖκας ἕξει.
Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων ἀντιστροφὴ α'.
λήξουσ' ἀοιδᾶν,
τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν·
οὐ γὰρ ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας
ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν

405. E. P. καὶ γέλωτα, etiam bene.

408. Ita distinguit et legit Lascaris: πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν. γυναῖκες ἐσμὲν, ἔσθλ'.

411. Hoc proverbium Æschylo debere Euripidem notant viri docti ex Hesychio.

413. δίκαι B. D. Mox ἄραρε pro ἄρηρε Brunckius e membr.

415. οὐκ ἔτι L.

419. οὐκ ἔτι L.

422. λήξουσιν vulgo. λήξουσ' Heath.

425. B. C. D. L. ἔπνευσε, quod per se bonum est, sed metro noxium. Homer. Od. Θ. 498. θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.

β. Elmslei. ὀφλεῖν, de quo vid. eum ad Herac. 985. et Acharn. 689.

Φοῖβος ἁγήτωρ μελέων· ἐπεὶ ἀντ-
ἄχησ' ἂν ὕμνον
ἀρσένων γέννᾳ. μακρὸς δ' αἰὼν ἔχει
πολλὰ μὲν ἁμετέραν
ἀνδρῶν τε μοῖραν εἰπεῖν.
σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας στροφὴ β'.
μαινομένᾳ κραδίᾳ,
διδύμους ὁρίσασα πόντου
πέτρας· ἐπὶ δὲ ξένᾳ
ναίεις χθονὶ, τᾶς ἀνάνδρου
κοίτας ὀλέσασα λέκτρον,
τάλαινα, φυγὰς δὲ χώρας
ἄτιμος ἐλαύνει.
βέβακε δ' ὅρκων χάρις, οὐδ' ἔτ' αἰδὼς ἀντιστ. β'.
Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ
μένει, αἰθερία δ' ἀνέπτα.
σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι,
δύστανε, μεθορμίσασθαι
μόχθων πάρα, τῶν δὲ λέκτρων

426. ἁγήτωρ L. Φοῖβος ἁγήτωρ μελέων citat Eustathius ad Il. A. p. 10, 28 = 8, 45. Hinc, ut observat Bentleius, confirmatur varia Horatii lectio Carm. IV. 6, 25. DUCTOR *Argeæ fidicen* THALIÆ PHŒBE. Deinde ἀντάχησαν ὕμνον vulgo. ἀντάχησαν ὕμνοι Eustath. ad Il. Z. p. 634, 13 = 491, 8. ἀντάχησεν ὕμνον C. Certatim corrigunt viri docti, ἀντάχησ' ἂν ὕμνον.

428. γέννα Lasc. Ald.

431. Sic Ald. πατρώων L. πατρῴων e membr. Brunck. quod penultimam corripere non hodie credam.

434. ξείνᾳ ed. Lasc. ξένῳ Musgr. typorum errore.

435. τὰς L.

439. οὐδέ τ' Ald. Lasc. et edd. quædam mendose. βέβακεν Ald. βέβακε δ' Fl. P. Lasc.

441. μίμνει edd. MSS. Melius metro quadrat μένει, quod habet D. Corripitur prima in ὑμνήσω Bacch. 72. notante Musgravio.

442. οὔτε edd. MSS. οὐδὲ Brunck. Deinde pro ἀλλὰ conjecturam Musgravii ἐπεὶ recepit Brunckius, quod non ausus est Beckius. Brunckium emendasse οὐδὲ nemo non mirabitur, qui ejus notam legerit ad Orest. 295. Nihil in textu mutavi, præter accentus et distinctiones; totum vero locum ita legendum puto: Σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι, Δύστανε, μεθορμίσασθαι Μόχθων πάρα, σῶν τε λέκτρων Ἄλλα βασίλεια—. πάρα Lasc. μεθορμίσασθαι genitivum regit, ut supra 260. Alcest. 809. Ἄλλα Heath.

444. τῶνδε Lasc. Ald.

ἄλλα βασίλεια κρείσσων
δόμοισιν ἐπέστα.

ΙΑΣΩΝ.

οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις,
τραχεῖαν ὀργὴν, ὡς ἀμήχανον κακόν.
σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν,
κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα,
λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.
κἀμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα· μὴ παύσῃ ποτὲ
λέγουσ', Ἰάσων ὡς κάκιστος ἔστ' ἀνήρ·
ἃ δ' εἰς τυράννους ἐστί σοι λελεγμένα,
πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ.
κἀγὼ μὲν ἀεὶ βασιλέων θυμουμένων
ὀργὰς ἀφῄρουν, καί σ' ἐβουλόμην μένειν·
σὺ δ' οὐκ ἀνίεις[γ] μωρίας, λέγουσ' ἀεὶ
κακῶς τυράννους· τοιγὰρ ἐκπεσεῖ χθονός.
ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
ἥκω, τοσόνδε προσκοπούμενος, γύναι,
ὡς μήτ' ἀχρήμων ξὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς,
μήτ' ἐνδεής του· πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ
κακὰ ξὺν αὑτῇ· καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς,
οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτέ.
ΜΗ. ὦ παγκάκιστε, τοῦτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω,[δ]

446. ἐπέστα Ald. ἐπέστη Lasc.

448. ἀμήχανον φέρειν Stobæus a Brunckio citatus, xx. p. 107.

451. ἐκπέσῃ L.

452. πρᾶγμ', ἃ μὴ Musgravius, sine causa.

456. ἀεὶ Lasc.

457. ἀφήρουν L.

461. τὸ σόν γε Ald. X. Π. 246. quod edidit Beckius. τὸ σὸν δὲ Lasc. τοσόνδε A. B. D. P. Sæpius in his peccatum. In Sophocl. Œd. T. 570. τοσόνδε γ' οἶσθα, contra in Trachin. 53. edi debebat, κἀμὲ χρὴ φράσαι τὸ σόν.

γ. Matthiæus ἀνίης, quod melius puto. Hoc præsentis est, alterum imperfecti.

δ. Jungit Matthiæus, τοῦτο ἔχω εἰπεῖν γλώσσῃ, ut reticeatur, *quum manu te ulcisci nequeam:* Elmsleius,

γλώσσῃ μέγιστον εἰς ἀνανδρίαν κακόν·
ἦλθες πρὸς ἡμᾶς, ἦλθες, ἔχθιστος γεγώς;
οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία,
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν, ἀναίδει'. εὖ δ' ἐποίησας μολών·
ἐγώ τε γὰρ λέξασα κουφισθήσομαι
ψυχὴν κακῶς σε, καὶ σὺ λυπήσει κλύων.
ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν.
ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι

468. Post hunc sequebatur, male retractus ex 1321. θεοῖς τε κἀμοὶ, παντί τ' ἀνθρώπων γένει. Delevit Brunckius. Hunc versum habuisse in suo exemplari videtur X. Π. 286.

476. Hic locus ab antiquis ob sigmatismum notatus est, quanquam sigma sæpius repetitur in Iph. T. 772. τὸ σῶμα σώσας τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί· nec parcius in Sophocl. Œd. T. 1481. ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας, et ejusdem fabulæ 425. quem laudat Marklandus ad Iph. T. 1068. Sed præstat integrum Scholiastæ locum apponere: πλεονάζει ὁ στίχος τῷ σ̄. ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς φησιν, ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. καὶ Εὔβουλος· ἐν δ' ἔσωσας ὡς ἴσασί σοι. καὶ παρθενεύσης ἕξει μοι χάριν καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἀγγελοῦσι πήμασι τὰ σίγμα συλλέξαντες ὡς αὐτοὶ σοφοί. Eubuli locus mutilus et corruptus est. In Platone leviter errat Marklandus, conjiciens, Ἔσωσά σ'. Sed ex Eustathio ad Il. K. p. 813, 46 = 736, 81. M. 896, 56 = 854, 49. Od. A. 1379, 58 = 4, 18. liquet, tali fere modo Platonem scripsisse: ἡμᾶς καλῶς Ἔσωσας ἐκ τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου. Mox bene legit Marklandus: καὶ, Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν; ex Diogene Laërtio IV. 29. Suida v. Εἴσῃ. Porro scripsi divisim σίγμα τῶν. Tradit enim Helladius apud Photium, Græcos indeclinabile σίγμα servare, ideoque legendum apud Xenophont. Hellen. IV. 4, 10. τὰ σίγμα τὰ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων. At non poteris, exclamant Palmerius et Morus, eodem modo sanare quæ sequuntur: ψεύσει γ' ὔμμε τὰ σίγματα ταῦτα. Utinam nullus apud antiquos locus ad emendandum hoc esset difficilior! Deletis duabus literis male repetitis, corrige, τὰ σίγμα ταῦτα. Frustra e Platonis supra laudato versu præsidium petunt, frustra ex Comici verbis sequentibus. Nam pessime Barnesius dedit τὰ σίγματ' ἀλλέξαντες, male Musgravius τὰ σίγματα συλλέξαντες. Lectionem veterum editionum fideliter repræsentavi. Lege: Καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἐγγελῶσι πήμασι, Τὰ σίγμα συλλέξαντες

τοῦτο γὰρ μέγιστον κακὸν εἰς ἀνανδρίαν γλώσσῃ εἰπεῖν ἔχω σε· quod eodem fere redit. Ita tamen γλώσσῃ aut durum aut otiosum videtur. Equidem Porsonum potius sequor, hac interpretatione: *O pessime, jure enim hoc nomine te compellare possum, qui lingua pessime instructus es ad ignaviam.* Ubi κακὸν est res pro persona, et γλώσσῃ de Jasonis speciosa oratione sumendum.

ταυτὸν ξυνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλῃσι, καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην·
δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας
σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν,
κτείνασ', ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον.
αὐτὴ δὲ, πατέρα καὶ δόμους προδοῦσ' ἐμοὺς,
τὴν Πηλιῶτιν εἰς Ἰωλκὸν ἱκόμην
ξύν σοὶ, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα·
Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥσπερ ἄλγιστον θανεῖν,
παίδων ὑπ'[ε] αὐτοῦ, πάντα τ' ἐξεῖλον φόβον.
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν, ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, παθὼν,
προὔδωκας ἡμᾶς· καινὰ δ' ἐκτήσω λέχη,
παίδων γεγώτων· εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι,
ξύγγνωστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους.
ὅρκων δὲ φρούδη πίστις· οὐδ' ἔχω μαθεῖν,
εἰ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,
ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι' ἀνθρώποις τανῦν,

ὡς αὐτοὶ σοφοί. Athenæus x. p. 445. C. ἀποσχέσθαι τοῦ σίγμα. Indeclinabile etiam occurrit apud Platonem, sed locum in promtu non habeo.

477. ταὐτὸν L.

478. ἐπιστάστην L.

479. ζεύγλῃσι Ald. ζεύγλαισι membr. Lasc. Perpetua in his formis confusio. Quare priorem, ubi dant codices vel codicum pars, accipio; contra universos codices non obtrudendam opinor.

480. Insigne exemplum pravæ lectionis a plurimis et optimis codicibus defensæ. ἀμπέχων enim habent A. B. D. Fl. P. Lasc.

481. σπείραις. totum versum omittit Lascaris.

487. πάντα δ' æque bene L. δόμον Lib. P. et in marg. B.

491. σύγγνωστ' ἂν ἦν Ald. E. συγγνωστὸν ἦν A. B. D. Cott. Fl. L.

493. εἰ θεοὺς Lib. P. Ceteri, ut vulgo, ἢ θεούς. Schol. Æschinis p. 768. ed. Reisk. ἢ θεοὺς νομίζω.

494. θέσμι' ἀνθρώποις. Sic pleræque editiones; sic Schol. Æschinis; sic omnes MSS. quorum enotatæ sunt variæ lectiones. Sed valde speciosam lectionem præbet ed. Lasc. θέσμ' ἐν ἀνθρώποις. Multa enim sunt nomina, quæ cum in singulari masculina tantum aut feminina sint, in plurali neutra fiunt, ut δίφρος, δίφρα, κύκλος, κύκλα, κέλευθος, κέλευθα, δεσμὸς, δεσμὰ, σῖτος, σῖτα. Vide Musgravium ad Hel. 428. Et θεσμὰ quidem citant Budæus et H. Stephanus, sed ex minus probatis auctoribus, Phalaride

ε. Legit Elmslei. ὑφ' αὐτοῦ.

ἐπεὶ ξύνοισθά γ' εἰς ἔμ' οὐκ εὔορκος ὤν.
φεῦ δεξιὰ χεὶρ, ἧς σὺ πόλλ' ἐλαμβάνου
καὶ τῶνδε γονάτων, ὡς μάτην κεχρώσμεθα
κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.
ἄγ', ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοι κοινώσομαι,
δοκοῦσα μή τι πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς,
ὅμως δ'· ἐρωτηθεὶς γὰρ αἰσχίων φανεῖ·
νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; καλῶς γ' ἂν οὖν
δέξαιντό μ' οἴκοις, ὧν πατέρα κατέκτανον.
ἔχει γὰρ οὕτω. τοῖς μὲν οἴκοθεν φίλοις
ἐχθρὰ καθέστηχ'· οὓς δέ μ' οὐκ ἐχρῆν κακῶς
δρᾶν, σοὶ χάριν φέρουσα πολεμίους ἔχω.
τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα

et Nonno, Stephanus quoque vitiosum esse Phalaridis locum suspicans. Sed exstat in Sophoclis Alexandro apud Stephanum v. Ἄστυ. *οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει.* Pluralem *λύχνα* usurpant Herodotus II. 62. 133. Euripides Cyclop. 514. restituendum Alcæo Athenæi X. p. 430. D. XI. p. 481. A. *Πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα·* [*Καδδ' ἄειρε* (loco priore *ἀνάειρε*) *κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλλης* (loco priore *ποικίλα.*)] *Οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικαδέα Ἀνθρώποισιν ἔδωκ', ἔγχεε κιρναὶς ἕνα καὶ δύο Πλείαις κακκεφαλᾶς· ἁ δ' ἑτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ Ὠθείτω.* Vulgo *τὸν λύχνον.* Secundum versum, qui velit et possit, corrigat.

500. *δοκοῦσα μέν τι.* Sic Ald. et plerique. *μέντοι* Schol. *μέν τε* Lasc. Ex var. lect. D. *μή τι* edidit Musgravius, quicum consentit C.[ζ]

502. Ennius apud Ciceronem de Orat. III. 58. *Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternamne, anne ad Peliæ filias?*

504. *καλῶς γ' ἂν οὖν* recte Aldus. *ταννῦν* Lasc. *τὰ νῦν* Flor. Ex membranis edidit Brunckius *τ' ἂν οὖν*, pro *τοι ἂν οὖν*, quam sententiam eum jamdiu repudiasse credo. Vide infra 588. ubi nulla varietas, in hac certe phrasi, notatur.

509. Ἑλληνίδων Ald. Alexander Rhetor p. 580. ed. Ald. et edd. omnes præter Lasc. quæ præbet *ἀν'* Ἑλλάδα cum B. D. Cott. Fl. *καθ'* Ἑλλάδα A. Pro Ἑλληνίδων Herodianus apud Villoison. Anecdot. Græc. T. II. p. 90. Ἑλλάδ',

ζ. Elmsleio videtur *μή τι* male scribi, cum deberet *οὔ τι·* sed bene defendit Matthiæus, siquidem *δοκοῦσα μὴ* non valet *οὐ δοκοῦσα*, sed *μὴ* cum *πράξειν* conjungitur, et eundem habet in sententia locum, quem inf. 538.

ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε· θαυμαστὸν δέ σε
ἔχω πόσιν καὶ πιστὸν ἡ τάλαιν᾽ ἐγώ,
εἰ φεύξομαί γε γαῖαν ἐκβεβλημένη,
φίλων ἔρημος, ξὺν τέκνοις μόνη μόνοις.
καλόν γ᾽ ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ,
πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ᾽ ἔσωσά σε.
ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ,
τεκμήρι᾽ ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
ἀνδρῶν δ᾽ ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;
ΧΟ. δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει,
ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ᾽ ἔριν.
ΙΑ. δεῖ μ᾽, ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,
ἀλλ᾽, ὥστε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον,
ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν
τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν.
ἐγὼ δ᾽, ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν,
Κύπριν νομίζω τῆς ἐμῆς ναυκληρίας
σώτειραν εἶναι θεῶν τε κἀνθρώπων μόνην.
σοὶ δ᾽ ἔστι μὲν νοῦς λεπτὸς, ἀλλ᾽ ἐπίφθονος

omisso ἂν᾽ propter syllabam præcedentem. Edidi igitur id, quod plus cum auctoritatis, tum elegantiæ habet.

510. θαυμαστὸν δέ σέ γ᾽ edidit Beckius. Sed vocalis in fine versus elidi non potest, nisi syllaba longa præcedat. Nempe vidit Vir doctissimus hanc particulam requiri; alibi collocandam esse non vidit. Vulgo enim plene distinguitur post 511. et imperfecte post 513. Sed cum pro φεύξομαι δέ, quod Aldus habet, φεύξομαί τε præbeant A. B. D. Fl. L. utrumque autem omittat Herodianus, mutavi distinctiones, et pro τε posui γε, quod quam facile in alterum corrumpi possit, quam facile a sequente syllaba γαῖ absorberi, nemo non videt.

511. σεμνὸν pro πιστὸν Alexander.

515. ἔσωσέ σε Flor. male.

516. ὃς καὶ κίβδηλος L.

521. σιμβάλωσ᾽ L.

522. ἔοικα ed. Musgr. typorum errore, quod notari meretur, ne quis falsa elegantiæ specie ludatur.

523. ναὸς Lasc. νηὸς Ald. et Æschyl. Theb. 62. unde hunc versum sumtum monuit Valckenaerius ad Hippol. 1226.

526. Sic A. E. L. P. ἔγωγ᾽ Ald.

528. σώττειραν L.

529. σὲ δ᾽ conjicit Musgravius, quo posito σ᾽ in versu sequente delendum, et mox mavult λόγοις. Sed vulgatam recte defendit Brunckius.

λόγος διελθεῖν, ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.
ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὰ θήσομαι λίαν·
ὅπῃ γὰρ οὖν ὤνησας, οὐ κακῶς ἔχει.
μείζω γε μέντοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας[η]
εἴληφας ἢ δέδωκας, ὡς ἐγὼ φράσω.
πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς
γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι,
νόμοις τε χρῆσθαι, μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν.
πάντες δέ σ' ᾔσθοντ' οὖσαν Ἕλληνες σοφὴν,
καὶ δόξαν ἔσχες· εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἐσχάτοις
ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.
εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις,

530. Sic Ald. ὡς σ' ἔρως Lasc.

531. πόνων ἀφύκτων Ald. quam lectionem memorat Scholiastes. Sed et alteram memorat, τόξοις ἀφύκτοις, quam habent Lasc. et MSS. plerique, et e Flor. probat Valckenaerius ad Hippol. 1420. Hunc locum respicit Ennius apud Ciceronem Tusc. IV. 32. *Tu me amoris, magis quam honoris, servavisti gratia.*

532. αὐτὸ A. B. D. Fl. L. P. θήσομαι significare debebat *judicabo*. Non invitus legerem αὔτ' ἀθρήσομαι, si mihi exemplum hujus futuri innotuisset. Sed nusquam inveni vel activum vel medium hujus verbi futurum[θ].

539. πάντες δ' ἔσ' (sic) L.

542. Formam orationis adumbravit e nobilissimo Tyrtæi loco apud Stobæum LI. p. 193. quem paullo plenius citari nemo, uti spero, indignabitur: Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην, Οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης, Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε, Νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην· Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη, Πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον· Οὐδ' εἰ Ταντᾰλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη, Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι· Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς. Et Tyrtæum et Euripidem ob oculos habuit Theocritus VIII. 53. Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων. Ubi J. Piersonus, præfatus, "frigida esse χρύσεια τάλαντα, cum aliquid specialius dicere debuisset poëta," emendat Κροίσοιο, eleganter sane et speciose. Propius paullo ad literas Jortinus Κροίσεια, ut Κροισείων αἱρετώτερον στατήρων apud Plutarch. Polit. Præcept. p. 823. A. Crœsi divitias memorant ipse Theocritus a Piersono laudatus, X. 32. τὰ Κροίσου τάλαντα Procopius, commodum a Wartono laudatus. Nec tamen inducor, ut veterem lec-

---

η. Hujus loci constructio omnino conferenda est cum Orest. 495. ubi vide.

θ. Quo quidem hic nihil opus: θήσομαι enim interpretari velim, non cum Matthiæo *administrabo, tractabo*, sed *disponam, statuam*: Anglice, *lay it down too nicely.*

μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.
τοσαῦτα μέντοι τῶν ἐμῶν πόνων πέρι
ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.
ἃ δ' εἰς γάμους μοι βασιλικοὺς ὠνείδισας,
ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγὼς,
ἔπειτα σώφρων, εἶτα σοὶ μέγας φίλος
καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖσιν· ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος.
ἐπεὶ μετέστην δεῦρ' Ἰωλκίας χθονὸς,
πολλὰς ἐφέλκων ξυμφορὰς ἀμηχάνους,
τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον,
ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως, φυγὰς γεγώς;
οὐχ, ᾗ σὺ κνίζει, σὸν μὲν ἐχθαίρων λέχος,
καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος,
οὐδ' εἰς ἅμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων·

tionem deseram. Æquo enim jure objicere poteras hoc Euripidis loco: "Frigida sunt χρυσὸς ἐν δόμοις, cum aliquid specialius dicere debuisset poëta." Præterea ἀνέμων similiter frigore laborat, et Tyrtæo præeunte mutandum erat in Βορέα. In Anacreont. XXIII. 1. Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ, ex emendatione Sevini Κροίσου primo ediderat Brunckius; postea errorem suum agnovit, a Larchero monitus, quem vide ad Herodot. II. 121. Eandem loquendi formulam iterum adhibet Noster Herc. F. 645. Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη, Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη, Τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν. Ubi si quis legendum contendat Κροίσου, ei auctor sim, ut artem Criticam desinat, *Anticyras melior sorbere meracas.*

543. Fl. P. βέλτιον. B. D. L. βέλτιστον, quod si probas, accipiendum est quasi βέλτιστον τῶν Ὀρφέως μελῶν. Sed rectius κάλλιον Ald. Eustath. ad Iliad. H. p. 666, 47 = 535, 14. K. 801, 55 = 720, 17.

545. Sic Musgravius et Brunckius ex L. forsan et A. μέν σοι Ald.

546. Idem versus Suppl. 430. ut monuit Valcken. ad Phœn. 937. προύθηκας L.

548. τῶδε L.

553. εὐψυχέστερον L. Error ortus ex similitudine literarum T et Ψ minus distincte pictarum; aut si ita scribuntur, ut sæpe fit in MSS. ┬ ┼, et superior linea in ┼ evanescit, facillime cum T commutatur. Scholia in Hermogenem inter Aldi Rhetoras T. II. p. 9, 38. κομμωτικὴ δέ ἐστιν ὡς ἐπὶ τῶν γυναικῶν τῶν κεχρημένων τὶ μυθίῳ καὶ φυκίῳ. Quis non videt legendum ψιμυθίῳ?

555. ἐχθραίνων vulgo, sed ἐχθαίρων Brunckius ex A. Fl. Jam monui ad Orest. 292. Tragicos semper ἐχθαίρω, nunquam ἐχθραίνω dicere. In Sophocl. Antig. 93. Aldus recte edidit ἐχθαρῇ, sed tacuit Brunckius. Pro ἐχθραντέος Aj. 679. variam lectionem in margine habet Juntina secunda, ἐχθαρτέος, et sic legebat Suidas, ut ex ordine literarum constat.

αλις γὰρ οἱ γεγῶτες, οὐδὲ μέμφομαι·
ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς,
καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων ὅτι
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος·
παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν,
σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις
εἰς ταυτὸ θείην, καὶ ξυναρτήσας γένος
εὐδαιμονοίην· σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;[ι]
ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι· μῶν βεβούλευμαι κακῶς;
οὐδ' ἂν σὺ φαίης, εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος.
ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥστ', ὀρθουμένης
εὐνῆς, γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε·
ἢν δ' αὖ γένηται ξυμφορά τις εἰς λέχος,
τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα
τίθεσθε. χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος·
χ' οὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.
ΧΟ. Ἰᾶσον, εὖ μὲν τούσδ' ἐκόσμησας λόγους·
ὅμως δ' ἔμοιγε, κεἰ παρὰ γνώμην ἐρῶ,
δοκεῖς, προδοὺς σὴν ἄλοχον, οὐ δίκαια δρᾷν.
ΜΗ. ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμὶ διάφορος βροτῶν·
ἐμοὶ γὰρ, ὅστις, ἄδικος ὢν, σοφὸς λέγειν
πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει.

559. οἰκεῖμεν L.

560. σπανιζοίμεθα L.

562. παῖδάς τε Ald. δὲ ex A. L. Brunckius. Opponuntur τὸ μὲν μέγιστον et παῖδας δέ.

564. ταὐτὸ L. ξυναντήσας male Lasc.

573. γὰρ mutavi in ἄρ', quod γνωμικώτερον.

575. Sic A. L. οὔτω δ' Ald.

577. Sic D. Fl. L. P. λέγω Ald. περὰ pro παρὰ Lasc. quæ non est varia lectio, sed merus error, ut ex accentu liquet.

579. εἶμι Lasc. Ald.

ι. Voluit Elmsl. παίδων μέλει· satis frigide. *Quid tibi opus* aliis *liberis?* *Mihi autem*, &c. Neque aliter Matthiæ. in notis, licet in textu habet τι δεῖ, ἐμοί τε. Signum interrogationis post δεῖ, quod loci obscuritatem tollit, apposui.—Τί δεῖ interrogative valet οὐδὲν δεῖ declarative.

γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν,
τολμᾷ πανουργεῖν· ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.
ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ,
λέγειν τε δεινός· ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος·
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα μὴ κακὸς, πείσαντ' ἐμὲ
γαμεῖν γάμον τόνδ', ἀλλὰ μὴ σιγῇ φίλων.
ΙΑ. καλῶς γ' ἂν οὖν τῷδ' ἐξυπηρέτεις λόγῳ,
εἴ σοι γάμον κατεῖπον, ἥτις οὐδὲ νῦν
τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον.
ΜΗ. οὐ τοῦτό σ' εἶχεν, ἀλλὰ βάρβαρον λέχος
πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι.
ΙΑ. εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μὴ γυναικὸς οὕνεκα
γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω·
ἀλλ', ὥσπερ εἶπον καὶ πάρος, σῶσαι θέλων
σὲ, καὶ τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους
φῦσαι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασι.
ΜΗ. μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος,

584. Citat Scholiastes φαίνῃ pro γένῃ. An legebat φανῇς?

585. ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος Ald. quod per se optimum est, ut supra 533. ὅπῃ γὰρ οὖν ὤνησας. Sophocl. Antig. 771. εὖ γὰρ οὖν λέγεις. Œd. C. 1199. ἔχεις γὰρ οὐν βίαια τἀνθυμήματα, ut optime Heathius pro οὐ, post quem nihil tentare debebat Brunckius. Sed hæc lectio in nullo MS. inveniri videtur. MS. Flor. ἓν γὰρ ἂν κτενεῖ σ'. A. E. L. P. ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ'. B. D. ἓν γάρ σ' ἐκτενεῖ. ἐκκτενεῖ Brunck. et Beck. compositum Græcis ignotum. Eustathius vero ad Iliad. H. p. 672, 60 = 543, 40. ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος, ἤγουν εἰς λόγος ἐκτάδην ῥίψει, quod citat et rejicit Valckenaerius Diatrib. p. 152. sed codicum lectiones ignorasse videtur Vir egregius. ἐκτάδην κεῖσθαι phrasis bene nota. Quidni potuit Medea dicere: *Uno argumento ita te prosternam, ut quasi mortuus jaceas?* Neque durior est metaphora, quam in Platonico isto, Euthydem. p. 227. F. παραταθῆναι γελῶντα. Musgravius legit: ἓν γὰρ ἓν κτενεῖ σ'.

586. πείσαντί με Ald. πείσαντά με C. L. et, puto, alii plerique.

588. καλῶς γ' ἂν οὖν μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ Ald. σὺ pro μοι A. Fl. γὰρ pro γ' ἂν Fl. Quod dedi, habent B. D. L. ἐξυπηρέτης L.

589. εἴ σοι Lasc. Ald.

591. Sic edd. omnes et MSS. Beckius εἶχον, errore typographico.

597. φῦναι Ald. sed φῦσαι ed. Lasc. et MSS. prope omnes.

598. πικρὸς pro var. lect. Stobæus, quod Grotius admisit p. 377. Sed λυπρὸς Stobæi MS. apud Brunck. et ed. pr. Euripidis edd. omnes et MSS. cum Scholiaste, Plutarch. T. II. p. 25. B. Schol. Aphthonii in Aldi Rhetoribus T. II. p. 8. prope fin. Mox κνίζει Stobæi ed. pr.

μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.
ΙΑ. οἶσθ' ὡς μετεύξει καὶ σοφωτέρα φανεῖ;
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτὲ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.
ΜΗ. ὕβριζ', ἐπειδὴ σοὶ μὲν ἔστ' ἀποστροφὴ,
ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα.
ΙΑ. αὐτὴ τάδ' εἵλου· μηδέν' ἄλλον αἰτιῶ.
ΜΗ. τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;
ΙΑ. ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη.
ΜΗ. καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.[κ]
ΙΑ. ὡς οὐ κρινοῦμαι[λ] τῶνδέ σοι τὰ πλείονα.
ἀλλ' εἴ τι βούλει παισὶν ἢ σαυτῇ φυγῆς
προσωφέλημα χρημάτων ἐμῶν λαβεῖν,
λέγ'· ὡς ἕτοιμος ἀφθόνῳ δοῦναι χερὶ,
ξένοις τε πέμπειν ξύμβολ', οἳ δράσουσί σ' εὖ.
καὶ ταῦτα μὴ θέλουσα μωρανεῖς, γύναι,
λήξασα δ' ὀργῆς κερδανεῖς ἀμείνονα.
ΜΗ. οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἂν,
οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα, μήθ' ἡμῖν δίδου·

599. μήδ' Lasc. Ald.
600. με τεύξῃ divisim L. quod quosdam decepit.
601, 602. φαίνεσθαι et δοκεῖν Reiskius, ut pendeant a μετεύξῃ.
602. μὴ δ' Lasc. μήδ' Ald.
603. μέν ἐστ' Lasc. Ald.
610. σαυτῇ φυγῇ Ald. σαυτῆς φυγῇ B. D. Fl. σαυτῇ, φυγῆς E. L. P.
615. Pro ἀμείνονα E. οὐ μείονα.
617. Sic ex A. L. edidit Brunckius. Vulgo μηδ' ἡμῖν.

κ. Vertit Buchananus, *Et execratur vestra me invicem domus;* quod sensum præbet satis commodum, ἀραία passive sumto. Statuit autem Elmsleius, cui consentiunt Matthiæ. et Monk. (ad Hipp. 1413.) active esse sumendum: tum sensus erit, *Imo non tyrannis modo, sed tuæ quoque domui*; quod vereor ne tautologum sonet. Exempla activæ significationis vide apud Elmslei. in hoc loco: passive autem occurrit Soph. Œd. T. 644. μὴ νῦν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι Δέδρακ', ὀλοίμην.

λ. Verissime interpretatur Elmslei. *litigabo*, et adducit Aristoph. Nub. 66. τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ'. Eandem vim mediam induit etiam δικάζομαι, quod moneo, ut recte intelligant tirones Thucyd. III. 44. sub fin. ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτοὺς, ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν. Οὐ δικαζόμεθα, *Are not at law with them.* Conf. Paul. ad Roman. III. 4.—Porro ante ὡς subaudi ἴσθι, et cf. Aristoph. Acharn. 335. Nub. 210.

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.
ΙΑ. ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν δαίμονας μαρτύρομαι,
ὡς πάνθ' ὑπουργεῖν σοί τε καὶ τέκνοις θέλω·
σοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει τἀγάθ', ἀλλ' αὐθαδίᾳ
φίλους ἀπωθεῖ· τοιγὰρ ἀλγυνεῖ πλέον.
ΜΗ. χώρει· πόθῳ γὰρ τῆς νεοδμήτου κόρης
αἱρεῖ, χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος.
νύμφευ'· ἴσως γάρ, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,
γαμεῖς τοιοῦτον, ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι, γάμον.

ΧΟ. Ἔρωτες, ὑπὲρ μὲν ἄγαν στροφὴ α'.
ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν
οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἐν ἀνδράσιν· εἰ δ' ἅλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς

622. ἀλγυνεῖ pro ἀλγυνῇ MS. Flor. apud Valckenaer. ad Phœniss. 576.

625. ἴιως (sic) L.

626. ὥστε σ' Lasc. Ald.

629. E duobus versiculis feci unum hexametrum, hic et infra 637. Objici quidem potest non recte in tertio loco tertii versus Strophici positum esse dactylum, cum spondeus sit in tertia Antistrophici sede. Sed hanc legem sibi natam negant Tragici, præsertim in vulgatis versuum generibus: vide Androm. 135. 141. Deinde, ἐν interposito, ingratus duarum syllabarum concursus vitatur αν ἀν. Quam facile syllaba ἐν excidere potuerit, nihil attinet dicere. Ibycus Athenæi XIII. p. 564. F. ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν. Omittit ἐν Eustathius ad Od. Z. p. 1511, 17 = 256, 30. qui præterea in vicinis male θάλαμος citat pro θάλλος, male etiam ed. Casaub. τρέψαν. Sed rarior est hæc constructio, ideoque a librariis mutata videtur. Supra 424. Οὐ γὰρ ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας Ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν Φοῖβος. Quæ etiam restituenda videtur Homero Od. Ω. 200. χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὄπασσε Θηλυτέρῃσι γυναιξί. Sed codex Harleianus, χαλεπὴν δ' ἐνι φῆμιν ὀπάσσει. Est notissimum Pythagoreorum jusjurandum, Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. Quod ita παρῳδεῖ Julianus Orat. VI. p. 196. C. (368.) Οὐ μὰ τὸν ἐν στέρνοισιν ἐμοῖς παραδόντα τετρακτύν. Euripides Iph. A. 584. ὃς τᾶς Ἑλένας Ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν Ἔρωτα δέδωκας, Ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης. Ubi πέπωκας ineptissime legit Bern. Martinus Var. Lect. IV. 7. Et hoc imitati sunt Latini. Lucretius III. 647. *Et simul in pugnæ studio quod dedita mens est, Corpore relicuo pugnam cædisque petissit.* Quorum versuum priorem advocat M. A. Muretus ad Catull. LX. 101. *Non tuus levis in mala Deditus vir adultera;* alterum ita emendat Bentleius ad Phædr. I. 31, 13. pro *Corpore cum reliquo.* Citat etiam Lambinus IV. 813. *Præterquam quibus est in rebus deditus ipse,* ubi variant codices, sed vulgata sanissima videtur.

εὔχαρις οὕτω.
μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ
χρυσέων τόξων ἐφείης,
ἱμέρῳ χρίσασ', ἄφυκτον οἰστόν.
στέργοι δέ με σωφροσύνα, ἀντιστροφὴ α'.
δώρημα κάλλιστον θεῶν·
μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς ἀκόρεστά τε νείκη,
θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέ-
ροις ἐπὶ λέκτροις,
προσβάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀ-
πτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζουσ'
ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν.
ὦ πατρὶς, ὦ δῶμά τ' ἐμὸν, στροφὴ β'.
μὴ δῆτ' ἄπολις γενοίμαν,
τὸν ἀμηχανίας ἔχουσα
δυσπέρατον αἰῶν',
οἰκρότατον ἀχέων·
θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην,

632. μηδέποτ' Schol. Lasc.

633. ἐφίης pleræque edd. et Eustath. ad Iliad. E. p. 568, 24=431, 35. sed ἐφείης A. B. C. D. P. et sic ex Æm. Porti conjectura edidit Barnesius.

634. χρίσασθ' ἄφυκτον ὄϊστὸν. L. οἰστὸν est disyllabon, ut semper apud Atticos. Vide egregiam Piersoni notam ad Mœrin p. 275. Nec male Barnesius: "In scansione ut οἰστὸν legendum." Idem ad Androm. 1134. "Legendum δισυλλάβως, quasi οἰστοί." Sed ad Herc. F. 196. audacior factus, bene edidit μυρίους οἰστοὺς ἀφείς. Cum igitur dixi in præf. ad Hec. p. IX. [ed. Cant. 1802. p. 5. edit. hujus,] "In Euripide usque ad hunc diem semper editum est ὀϊστὸς," erravi, sive tu mavis, humanissime lector, MENTITUS SUM, Musgravii editione deceptus.

635. στέργοι A. B. C. L. στέργει Ald.

637. μὴ δέποτ' L.

640. προσβάλοιμ', ὦ δεινὰ Ald. Quod edidi, habent B. D. L. P. nisi quod προσβάλλοι L. ἀπολέμους Ald. δ' addidi ex L. Aptius forsan metra congruerent, si legeremus, ἀλλ' ἀπολέμους εὐνὰς—. Mox κρίνοι omnes Par. C. Fl. L. κρῖναι Schol. κρίνει Ald.

646. δυσπέραστον L.

647. οἰκτροτάτων Ald. Lasc. οἰκτρότατον editi recentes, nescio unde. Sin veterem lectionem retines, quod me non nolente facies, eadem opera fugitivum illud δεινότατον 656. ex Aldina retrahes, licet δεινότατα dent A. B. D. L. In versu præcedente δυσπέραστον C. et mox omittit δ' post μόχθων, punctis scilicet notatum.

ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα· μόχθων δ'
οὐκ ἄλλος ὕπερθεν
ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι.
εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων ἀντιστροφὴ β'.
μύθων ἔχομεν φράσασθαι·
σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις
ᾤκτισεν παθοῦσαν
δεινότατα παθέων.
ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ πάρεστι
μὴ φίλους τιμᾶν, καθαρὰν ἀνοίξαν-
τα κλῇδα φρενῶν· ἐ-
μοὶ μὲν φίλος οὔποτ' ἔσται.

ΑΙΓΕΥΣ.

Μήδεια, χαῖρε· τοῦδε γὰρ προοίμιον
κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προσφωνεῖν φίλους.
ΜΗ. ὦ χαῖρε καὶ σὺ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος,
Αἰγεῦ· πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον;
ΑΙ. Φοίβου παλαιὸν ἐκλιπὼν χρηστήριον.
ΜΗ. τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;
ΑΙ. παίδων ἐρευνῶν σπέρμ' ὅπως γένοιτό μοι.
ΜΗ. πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;
ΑΙ. ἄπαιδες ἐσμὲν, δαίμονος τινὸς τύχῃ.

653. ἔχω Lasc.

654. σὲ γὰρ οὐ φίλων τίς οὐ πόλις τίς Lasc.

655. ᾤκτειρε vulgo. ᾤκτισεν est conjectura Musgravii. Mox πάρεστι et ἀνοίξαντα membranæ. Vulgo παρέσται et ἀνοίξαντι.

659. κληῖδα L. Ald. κἀμοὶ Ald. ἐμοὶ μὲν A. B. D. Fl. L.

662. φίλοις Ald. φίλους Fl. L. κάλλιστον etiam Fl. apud Valckenaer. ad Phœniss. 538.

664. ἐπιστροφᾷ Ald. Lasc. ἐπιστρωφᾷ A. E. quod et analogia postulat. A νέμω enim νωμᾷν, a στρέφω στρωφᾷν, a τρέπω τρωπᾷν, formant Græci. Solum πέτομαι, quantum scio, et ποτᾶσθαι et πωτᾶσθαι facit.

666. ἱκάνεις Ald. ἐστάλλης Lasc. ἐστάλης, quod e Schol. restituit Canterus Nov. Lect. IV. 1. habent A. B. D. Fl. L. Ceterum locus Neophronis, egregie a Valckenaerio ad Phœniss. 709. emendatus, hic quoque cum fructu legetur: Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν Σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἣν ἔχρησέ μοι Φοίβου πρόμαντις, ξυμβαλεῖν ἀμηχανῶ· Σοὶ δ' εἰς λόγους μόλων γ' ἂν ἤλπιζον μαθεῖν.

ΜΗ. δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν;
ΑΙ. οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.
ΜΗ. τί δῆτα Φοῖβος εἶπέ σοι παίδων πέρι;
ΑΙ. σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη.
ΜΗ. θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;
ΑΙ. μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.

674. θέμις δ' ἂν Ald. θέμις μὲν ex A. L. edidit Brunckius.

675. Jam inde ab Orest. 5. lectorem monebam, me longas, imo longissimas, nihil ad rem pertinentes, notas scribere potuisse. Verum hac licentia ita adhuc uti enisus sum, ut ne abuterer. Talem vero notam in hunc versum impendere decrevi, μάλιστ' ἐπείτοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός. Ubi non mirarer, si quis particulam καὶ ut expletivam improbaret. Nam Androm. 89. ubi rectissime legitur, 'Αλλ' εἶμ', ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος, citans Brunckius in Gnomicos Poëtas, p. 305. corrigit ἐπεί τοι γ', additque: "Quos versus protuli, ut levem maculam e priori senario abstergerem." Satius erat manum abstinere, Vir egregie. Maculam enim non abstersisti, sed versui sano inspersisti. Suppl. 881. Ἤχθαιρ', ἐπεί τοι γ' οὐδὲν αἰτία πόλις. Sic edidere Marklandus et Musgravius e tribus Parisiensibus MSS. Sed et illud notavi, Aldum in Supplicibus et Iphigenia utraque sæpe meliorem lectionem aut melioris lectionis vestigia conservare, quam conservarunt isti codices. Ex Stobæo citat Marklandus ἐπεὶ κατ' οὐδέν, et sic legitur in editione, qua utor, Gesneriana 1543. xliv. p. 314. Sed Grotius edidit ἐπεί τοι κοὐδὲν, ex MS. proculdubio, Trincavellus enim ἐπί τοι κοὐδέν. Nimirum primo lectio vulgata leviter in ἐπει τα κοὐδὲν depravata est; postea inde fecere ἐπεὶ κατ' οὐδέν. Præterea existimo Atticis non licuisse γε post τοι ponere, nisi alio vocabulo interjecto. Exceptiones sunt certe perpaucæ; præcipuæ, quas memini, Aristophan. Thesm. 716. Euripid. Iph. T. 726. Quæ loca Gothofredo Hermanno curanda libenter mandarem, si eum crederem eadem facilitate ex corruptis sana facere posse, qua ex sanis corrupta facit. Quis enim præter Hermannum dactylum, non dico prætervidit (hoc enim omnes facimus), sed in quartam senarii sedem ipse ex emendatione intulit? Nub. 870. Quis præter Hermannum pro optima voce χυτρεοῦν verbum substituit non Græcum, nulla auctoritate munitum, metro perniciosum, χυτροῦν? Nub. 1476. Nimirum ut Dawesio obloqueretur, *Cui si non aliqua nocuisset, mortuus esset.* Sed hæc nihili sunt præ triumphis, quos de innocenti Ἡρακλέης nomine egit. Quamvis enim, ipso judice, χυτροῦν apud Comicos productarum ejusmodi syllabarum exemplum sit, nihil contra rarius est apud Tragicos. "Ideoque," ait Hermannus, "nos Germani, qui multo melius Anglis syllabarum quantitatem callemus, nos omnia loca, ubi Ἡρακλέης pro Epitrito tertio apud Euripidem occurrit, emendabimus*." Et sex loca, hoc morbo scilicet laborantia, corrigit, si hoc est corrigere, morbum fingere, ut tuam medicinæ peritiam ostentes. Ea loca sunt Heraclid. 8. 211. 991.

* Verba, quæ tribui Hermanno, non sunt ex ipsius opere citata, sed qualia eum secum loqui fingo.

ΜΗ. τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.
ΑΙ. ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα,
ΜΗ. πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τίν' ἐξίκῃ χθόνα;
ΑΙ. πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.
ΜΗ. σὺ δ' ὡς τί χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;
ΑΙ. Πιτθεύς τις ἔστι, γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.
ΜΗ. παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.
ΑΙ. τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.
ΜΗ. σοφὸς γὰρ 'ἀνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.
ΑΙ. κἄμοιγε πάντων φίλτατος δορυξένων.
ΜΗ. ἀλλ' εὐτυχοίης καὶ τύχοις ὅσων ἐρᾷς.

Ion. 1163. Herc. F. 3. 926. Nec dubito, quin pari felicitate correcturus sit decem alia loca, quæ in ejus gratiam citabo. Heracl. 94. Ἡρακλέους οἵδ' εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι. 124. Ἱκέται κάθηνται παῖδες οἵδ' Ἡρακλέους. Herc. F. 37. Ξὺν μητρὶ, τέκνα μὴ θάνωσ' Ἡρακλέους. (Ubi Hermannus leget θάνωσιν. Obiter monebo legendum semper Ἡρακλέους et Ἡρακλέει pro mendosis Ἡρακλέος et Ἡρακλεῖ.) 173. Τὴν σὴν νομίζω δειλίαν, Ἡρακλέες. (Ubi avide arripiet Hermannus lectionem, quam ipsi e Plutarcho Cat. min. p. 785. A. benigne porrigo, ὦ Ἡράκλεις, neque, quominus eam recipiat, hiatu deterrebitur. Omnia enim potius perferenda, quam Ἡρακλέης secundam producat.) 342. Παῖδας γὰρ οὐ προὔδωκα τοὺς Ἡρακλέους. 706. Ἀλλ' εἶα, παῖδας καὶ δάμαρθ' Ἡρακλέους. 865. Οἷ' ἐγὼ σταδιοδραμοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλέους. 875. Εἰς δόμους δ' ἡμεῖς ἄφαντοι δυσόμεσθ' Ἡρακλέους. 1006. Κἄῤῥιψε πέτρον στέρνον εἰς Ἡρακλέους. In Sophocl. Philoct. 1406. legi potest, βέλεσι τοῖσιν Ἡρακλέους, ut parum iste locus ad rem faciat. Euripides, ut videtur, apud Plutarchum Sympos. IX. 1. p. 736. F. Τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους Ἡμῶν τε θρέψαι.—Nunc ad ἐπεί τοι καὶ revertor. Heracl. 508. Οὐ δῆτ'· ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια. 747. Θείην· ἐπεί τοι καὶ κακὸς μένειν δόρυ. Lucian. Jov. Tragœd. II. p. 664. Οὐκ οἶσθ'· ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα. Qui versus ex Euripide desumtus est. Aristoph. Ran. 511. οὐ μή σ' ἐγὼ Περιόψομ' ἀπελθόντ', ἐπεί τοι καὶ κρέα 'Ανέβραττεν. Acharn. 931. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτ', ἐπεί τοι καὶ ψοφεῖ. Alicubi hæc phrasis corrupta aut obliterata est, ut in Schol. Venet. ad Iliad. N. 567. ἴσως δὲ ἐντροπαλιζόμενος ὑπεχώρει, ἐπεὶ οὐκ ἂν κατὰ τὴν ὀσφὺν ἀναχωρεῖν ἐτρώθη. Legendum e codice Townleiano: ἐπεί τοι κἂν κατὰ τὴν ὀσφὺν ἐτρώθη ἀναχωρῶν. Ibid. 768. ἔχει δὲ ἦθος ὁ λόγος. Pro his verbis pleniora dat idem codex: ἐπεί τοι καὶ θαρσύνει τοὺς ἑταίρους· ἀλλ' ἔχει ἦθος ὁ λόγος.

677. λύσαι L.

679. μολῶ L.

681. πιτθεὺς τίς ἐστι L.

682. 683. Personas delent A. B. D. L. Medeæ personam delet etiam L. 678. 688. unde personas perturbat usque ad 707. cui præponit M. Mox 694. οἶσθ' L.

684. ἀνὴρ L. Ald.

685. κἀμοὶ δὲ Ald. κἀμοί γε A. B. D. L. P. (vel κἄμοιγε.)

ΑΙ. τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ᾽ ὅδε;
ΜΗ. Αἰγεῦ, κάκιστος ἐστί μοι πάντων πόσις.
ΑΙ. τί φῄς; σαφῶς μοι σὰς φράσον δυσθυμίας.
ΜΗ. ἀδικεῖ μ᾽ Ἰάσων, οὐδὲν ἐξ ἐμοῦ παθών.
ΑΙ. τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.
ΜΗ. γυναῖκ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.
ΑΙ. ἦπου τετόλμηκ᾽ ἔργον αἴσχιστον τόδε;
ΜΗ. σάφ᾽ ἴσθ᾽· ἄτιμοι δ᾽ ἐσμὲν οἱ προτοῦ φίλοι.
ΑΙ. πότερον ἐρασθεὶς, ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος;
ΜΗ. μέγαν γ᾽ ἔρωτα· πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις.
ΑΙ. ἴτω νυν, εἴπερ, ὡς λέγεις, ἐστὶν κακός.
ΜΗ. ἀνδρῶν τυράννων κῆδος ἠράσθη λαβεῖν.
ΑΙ. δίδωσι δ᾽ αὐτῷ τίς; πέραινέ μοι λόγον.
ΜΗ. Κρέων, ὃς ἄρχει τῆσδε γῆς Κορινθίας.
ΑΙ. ξυγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.
ΜΗ. ὄλωλα· καὶ πρός γ᾽ ἐξελαύνομαι χθονός.
ΑΙ. πρὸς τοῦ; τόδ᾽ ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.
ΜΗ. Κρέων μ᾽ ἐλαύνει φυγάδα γῆς Κορινθίας.
ΑΙ. ἐᾷ δ᾽ Ἰάσων; οὐδὲ ταῦτ᾽ ἐπῄνεσα.
ΜΗ. λόγῳ μὲν οὐχὶ, καρτερεῖν δὲ βούλεται.
ἀλλ᾽ ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος
γονάτων τε τῶν σῶν, ἱκεσία τε γίγνομαι,
οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυσδαίμονα
καὶ μή μ᾽ ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς,

703. M. πρὸς τοῦτο δ᾽ ἄλλον Lasc. αὖ λέγεις omnes edd. Sed ἀγγέλλεις edidit Brunckius e membranis. ἀγγελεῖς X. Π. 137. In Orest. 780. pro αὖ λέγεις var. lect. præbet J. ἀγγελεῖς.

704. τῆσδ᾽ ἔξω χθονός Ald. et edd. Sed quod dedi, præbent A. B. Fl. L. P.

706. καρτερεῖν δ᾽ οὐ βούλεται videtur legisse alter Scholiastes. Sed verum opinor, quod habent C. et in margine D. καρδίᾳ δὲ βούλεται.[μ]

708. τῶν omittit Lasc. Mox δὴ Ald. τε A. Fl. Neutrum habet L.

710. ἐσίδῃς Lasc.

μ. Quod insulsum istud καρδίᾳ in textum non inferserit Porsonus, quis non et sibi et Euripidi gratulatur? Amaram autem ironiam in se habet καρτερεῖν. Miror hic Porsonum; Matthiæo pene irascor, qui ita in textu suo legerit, ita in nota disputaverit.

δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.
οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.
εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε·
παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς
σπεῖραί σε θήσω· τοιάδ' οἶδα φάρμακα.
ΑΙ. πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν,
γύναι, πρόθυμός εἰμι, πρῶτα μὲν θεῶν,
ἔπειτα παίδων, ὧν ἐπαγγέλλει γονάς·
εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδος εἰμὶ πᾶς ἐγώ.[v]
οὕτω δ' ἔχει μοι· σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα,
πειράσομαί σου προξενεῖν δίκαιος ὤν·
τοσόνδε μέντοι σοὶ προσημαίνω, γύναι,
ἐκ τῆσδε μὲν γῆς οὔ σ' ἄγειν βουλήσομαι·
αὐτὴ δ' ἐάν περ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,
μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινί.
ἐκ τῆσδε δ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα·

716. Hunc et tres sequentes propter γονὰς omittit Flor. apud Valckenaer. ad Phœniss. 360. Similis phrasis hujus versus clausulæ apud Herodotum III. 85. ubi Œbares ad Darium: ὡς βασιλεὺς οὐδεὶς πρὸ σοῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. Confer Theocrit. II. 161.

719. ὧν μ' ex A. L. edidit Brunckius, quod pro μοι non amplius, credo, accipit. Si quis pro με acciperet, non multum refragarer, cum plura similia verba aliquando, licet rarius, accusativum pro dativo regant, qualia sunt εἰπεῖν, ἐπιστέλλειν, λέγειν, παραινεῖν. Sed non necessarium puto pronomen.

721. ἔχοιμ' Ald. ἔχει μοι B. C. D. L.

722. Invenuste admodum quater in quatuor continuis versibus repetitur pronomen. Quare legendum censeo, πειράσομαι 'γώ, deleta distinctione post χθόνα. Simili mendo laborat locus Helen. 961. Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε, Αἰρήσομαι τὸ πρόσθε τῆς εὐδαιμονίας. Lege, Αἰρήσομαι 'γὼ πρόσθε τῆς εὐψυχίας. Nimirum εὐψυχίας primo in εὐτυχίας (vide supra ad 553.) corruptum est, ex literarum, deinde in εὐδαιμονίας, ex sensus affinitate. Optime igitur Heathius et Tyrwhittus εὐψυχίας.

723. τοσόνγε Ald. τοσόνδε C. L. P. Vix quicquam refert. προσημανῶ etiam L. non male.

726. τινι Sic A. B. D. Fl. L. P. ποτε Ald.

727. ἀπαλάσσου L.

---

v. Matthiæus: *Quod enim ad hoc attinet, totus evanui, vires me defecerunt.* Potius: *Quod enim ad liberos attinet, totum et genus et nomen mecum una extinctum est.* Mire Elmsleius post Scholiasten.

ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.
ΜΗ. ἔσται τάδ'· ἀλλὰ πίστις εἰ γένοιτό μοι
τούτων, ἔχοιμ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς.
ΑΙ. μῶν οὐ πέποιθας, ἢ τί σοι τὸ δυσχερές;
ΜΗ. πέποιθα· Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δόμος,
Κρέων τε· τούτοις δ', ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς,
ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ·

734. μεθεῖσαν Ald. D. E. μεθῇς ἂν A. i. e. Brunckii membranæ, et edd. recentes, solœce. μεθεὶς ἂν (ut opinor) B. suprascripto ἐκδοίης. Recte edidit Brunckius μεθεῖ' ἂν, quod habent C. L. P. Schol. sed male constructionem ordinat, quam recte explicat Scholiastes: ἄγουσιν ἐμὲ ἐκ γαίας (sic L. male Ald. γαίης) οὐκ ἂν μεθεῖο, ἐμοῦ subaudito. Hinc autem probare conatur Brunckius, mediam formam μεθίεσθαι accusativum regere, contra Dawesii Misc. Crit. p. 238. et Valckenaerii ad Phœniss. 522. decretum. In Aristoph. Vesp. 414. Brunckius ipse tantum non velle videtur, τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι, legere. Restat formidabilis Sophoclis locus Electr. 1277. τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι. Lege, Dorica forma, ἁδονᾶν. Ipsa Electra iterum usurpat pluralem 1302. Sed ne alii simili errore trahantur, pauca quædam de hac figura addere libet. Græci scilicet, cum verba duo, diversos casus regentia, ad idem nomen æque referantur, ne nomen proprium aut pronomen minus suaviter repetatur, in utrovis regimine semel ponunt, altero omisso. Antiphanes Athenæi VIII. p. 339. A. ὃν ἢν ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται. Ubi οὗ non deterius esset ad sensum, quanquam deterius est ad numeros. Aristoph. Pollucis VII. 108. Πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος βασκανίου ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Brunckius hæc verba ita in versus digessit Fragm. inc. LXI. Πλὴν εἰ πρίαιτο βασκανίου τις δεόμενος 'Επὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Vellem scire, cujusnam metri sit versus secundus; κάμινον enim mediam producit: ergo neque iambici neque trochaici pars est. Verba sunt alicujus ad alterum interrogantem, cui usui res hæc vel hæc inservire possit: [Οὐκ οἶδα] πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος Βασκάνιον ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Βασκάνιον præbet MS. Falckenburg. Οὐκ οἶδα addidi, non quasi verba Comici, sed ut versum explerem. Plato Sympos. p. 174. D. HSt. τὸν μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν. Ubi, si lectio sana esset, αὐτῷ subaudiretur post ἀπαντήσαντα. Sed aliud olim in Platonis libris exstitisse liquet e Photio v. Οἶ. Οἶ. περισπωμένως ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ· ὀξυτόνως δὲ οὗτοι· συμπόσιον· οἶ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα τῶν ἔνδον ἀπαντήσαντα. καὶ οὗ ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ· πολιτεία· πλὴν οὗ. Hunc locum exscribens Suidas, aut librarius ejus, cum συμπόσιον pro συμποσίῳ invenisset, summo stupore ζήτει ἐν τῷ præposuit, ut sit, Quære in v. Συμπόσιον. In Platone vero sine controversia legendum est: οἶ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα τῶν ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν. [οἶ planissime habet codex Platonis CLARKIANUS, anno Chr. 896. scriptus. Idem codex post paullo p. 175. C. 5. recte præbet ἓ δὲ οὐκ ἐᾶιν, ubi vulgatur, αὐτὸν δὲ

λόγοις δὲ συμβὰς, καὶ θεῶν ἀνώμοτος,[ξ]
φίλος γένοι' ἂν, κἀπικηρυκεύμασι
τάχ' ἂν πίθοιο· τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.
ΑΙ. πολλὴν ἔλεξας, ὦ γύναι, προμηθίαν·
ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι δρᾷν τάδ', οὐκ ἀφίσταμαι.
ἐμοί τε γὰρ τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστατα,
σκῆψίν τιν' ἐχθροῖς σοῖς ἔχοντα δεικνύναι,
τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον. ἐξηγοῦ θεούς.
ΜΗ. ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς

οὐκ ἐᾶιν[o].] Sic autem scripsit, ut accusativorum concursus vitaret. Locus ex Republica est Lib. x. p. 617. E. HSt. τὸν δὲ παρ' αὐτὸν πεσόντα ἕκαστον ἀναιρεῖσθαι, πλὴν οὗ· ἓ δὲ οὐκ ἐᾷν. Ceterum ut redeamus, illud etiam observatu non indignum, non varias esse lectiones μεθεῖσαν, μεθεῖς ἂν, sed veram lectionem leviter depravatam. Si enim plenis literis scribas ΜΕΘΕΙΟΑΝ, videas, quam facile in ΜΕΘΕΙCΑΝ transmutetur.

735. ἐνώμοτος edd. et plerique MSS. Sed quod conjecerat Muretus, habent pro var. lect. B. D.

736. κἀπικηρυκεύμασιν Οὐκ ἂν πίθοιο MSS. edd. sed cum negativa particula sensui noceat, varias conjecturas proposuere viri docti. ὦκ' Musgravius; sed hoc ne in melicis quidem, nedum in senariis, apud Tragicos comparet. σύγ' ἂν Brunckius edidit, quod et nimis emphaticum est, et Ægeum ceteris hominibus pejorem faceret. Quod conjecit Wyttenbachius, edidi, ut verisimillimum. Ne Ægeum offendat, timorem suum isto *fortasse* moderatur Medea[π]. Similem cautionem vide in Soph. Philoct. 811. κἀπὶ κηρυκεύμασιν Ald. Lasc.

737. τἀμὰ L.

738. ὄλβός ἐστι Lasc. Ald.

739. ἔλεξας ἐν λόγοις Ald. ἔδειξας non ineleganter Valckenaerius ad Phœniss. 531. quod probat Musgravius, edidere Brunckius et Beckius. Sed cum tautologia vitetur edendo ὦ γύναι cum Paris. omnibus, Flor. et Lasc. hoc prætuli. Idem est ἔλεξας, ac si dixisset, ἔδειξας ἐν λόγοις.

741. Sic A. B. D. Fl. L. P. ἀσφαλέστερα Ald. X. Π. 781.

742. σκῆψιν τιν' L.

743. τὸ σὸν δ' ἄρηρε Ald. τὸ σόν τ' ἄραρε Lasc. et MSS. opinor, plerique, certe A. teste Brunckio. Omnia mirifice pervertit X. Π. 761. τὸν σὸν δ' ἄραγε μᾶλλον ἐξηγοῦ θεὸν, sed ita pervertit, ut facile videas, eum τὸ σὸν δ' ἄραρε in exemplari suo invenisse.

744. Medeæ personam omittit Lasc. ὄμνυε Lasc. quod metrum quidem non corrumpit, quanquam alterum vel in hac parte præstat. Sed in tironum gratiam observandum est, hac forma, ea nempe, ubi νω pro νμι in fine verbi ponitur, nunquam uti Tragicos; rarissime veteres Comicos; sæpius mediæ,

---

ξ. Vide notulam ad Hec. 782. pag. 117.

o. Vide notulam in p. 354. et Præfat. in fin.

π. τάχ' recepit etiam Matthiæ. Ego mallem, οὐκ ἂν πίθοιο;

τοὐμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.
ΑΙ. τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν; λέγε.
ΜΗ. μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτὲ,
μήτ', ἄλλος ἤν τις τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγειν
χρήζῃ, μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.
ΑΙ. ὄμνυμι γαῖαν, Ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας,
θεούς τε πάντας, ἐμμένειν, ἅ σου κλύω.

sæpissime novæ Comœdiæ poëtas. Paullatim et parce adhiberi cœpta est sub mediam fere Aristophanis ætatem; tantum enim occurrit ὀμνύῃ Av. 1610. συμπαραμιγνύων in ultima ejus fabula Pluto 719. Cetera loca, ubi usurpari videtur, aut emendata sunt, aut emendanda. καταγνύει et κεραννύει reddenda Eubulo et Theophilo Athenæi x. p. 450. A. xi. p. 472. D.

746. Ægei personam omittit Lasc.

749. ζῶν. Sic Ald. Lasc. et MSS. plerique. γῆς A. P. ζῶν P. pro var. lect. Utrumque E.

750. Ald. et omnes fere editiones λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς, *copula inele-ganter inserta,* ut in re simili dicebam ad Hec. 79. [78.]; neque verba muto. Sed ea quæstio non est hujus loci. Satis sit monuisse 80. ibi [ed. Lond. 1797. 1802.] pro 79. per errorem poni, quod censores acutissimos sine reprehensione dimisisse profecto miror. Si quis vero in hosce errores postmodo invehetur, si quis *irarum omnes effundet habenas,* propterea quia Orest. 626. imprudens 633. [ed. Lond. 1798.] notavi, eum rogatum velim, ut, priusquam tanto opere in me sæviat, Addenda mea et Corrigenda consulat.—Plerumque, fateor, copulam singulis nominibus addunt Tragici, sed non semper, ideoque legendum esset, λαμπρὸν Ἡλίου φάος, ubi media copula supprimitur, quod interdum fit. Ne vero quis cavilletur, "nimiam profecto emendandi libidinem, quum bonæ lectiones propter hanc solam rationem mutantur, etc." sciatis, optimi Adolescentes, ita plane legi in Lascaris editione. Et hoc satis esset ad importunum istud τε amoliendum. Sed cum B. D. P. pro var. lect. 744. habeant Ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας, quod ad hunc versum referri debere bene observat Musgravius, ita edidi. Sophocles Œd. T. 830. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας. Philoct. 1289. Ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας. Euripides Cycl. 580. τὸ πᾶν τε δαιμόνων ἁγνὸν σέβας. Æschyl. Eumen. 888. ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνὸν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας. Idem Myrmidonibus apud Athenæum xiii. p. 602. E. Σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω, (vel οὐ κατῃδέσω. Vide Plutarch. Erot. p. 751. C.) Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων. Quæ verba sunt Achillei ad Patrocli cadaver. Vulgatur ἅγιον, sed ἁγνὸν ter citat Theodorus Canterus Var. Lect. ii. 9. fortasse ex MSS. Certe hæc verba sæpe permutantur, et ἅγιος rarissime ab Atticis, nunquam, credo, a Tragicis adhibetur. Ex eadem scena desumtus est versus, a Luciano citatus Amor. T. ii. p. 457. Μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία. Apud Homerum Achilleo socii interfecti nuncium primus affert Antilochus Il. Σ. 18. Idem etiam fecerat apud Æschylum Antilochus, cui respondet Achilles: Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος Τὸν ζῶντα μᾶλλον· τἀμὰ γὰρ διοίχεται. Aristoph. Eccles. 392. et Schol.

ΜΗ. ἀρκεῖ· τί δ' ὅρκῳ τῷδε μὴ 'μμένων πάθοις;[ρ]
ΑΙ. ἃ τοῖσι δυσσεβοῦσι γίγνεται βροτῶν.
ΜΗ. χαίρων πορεύου· πάντα γὰρ καλῶς ἔχει.
κἀγὼ πόλιν σὴν ὡς τάχιστ' ἀφίξομαι,
πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

ΧΟ. ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ
πελάσειε δόμοις,
ὧν τ' ἐπίνοιαν σπεύδεις κατέχων
πράξειας, ἐπεὶ γενναῖος ἀνήρ,
Αἰγεῦ, παρ' ἐμοὶ δεδόκησαι.

ΜΗ. ὦ Ζεῦ, Δίκη τε Ζηνὸς, Ἡλίου τε φῶς,
νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι,
γενησόμεσθα, κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν.
νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην·
οὗτος γὰρ ἁνὴρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,
λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων·
ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων,[σ]
μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.
ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα
λέξω· δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.

752. μὴ μένων Lasc.
753. βροτοῖς X. Π. 788.
755. καλλῶς Lasc.
756. τυχοῦσ' ὧν Ald. et membranæ. ἃ B. D. E. Flor. Lasc. P. Hesychius, Photius, Suidas diserte. Utraque constructio proba. Sed facilius ἃ in ὧν mutatur, quam ὧν in ἅ.
757. ἀλλάσσ' ὁ L.
760. ἐπὶ L. ut et ἐπί σφας, infra 1375. Confer locum Suppl. 881. citatum in nota mea ad v. 675. p. 387. c. 1. l. 23.
762. Hic et tres sequentes versus in ed. Lasc. ita positi sunt β' γ' α' δ'.
763. καλλίνικαι Ald. καλλίνικοι A. L. P. et fortasse plures. Etiamsi forma altera legitima esset, feminino plurali non uteretur Medea, sed masculino, ut 769.
766. ἀνὴρ L. ὡνὴρ Ald.
770. τἀμά L.

ρ. Est πάθοιμι, βούλομαι παθεῖν· igitur τί πάθοις valet τί βούλει παθεῖν;

σ. Herc. F. 476—7. ὡς ἀνημμένοι κάλῳς Πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα.

πέμψασ' ἐμῶν τιν' οἰκετῶν Ἰάσονα
ἐς ὄψιν ἐλθεῖν τὴν ἐμὴν αἰτήσομαι.
μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,
ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχειν,
καὶ ξύμφορ' εἶναι, καὶ καλῶς ἐγνωσμένα·
παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι·
οὐχ ὡς λιποῦσα[τ] πολεμίας ἐπὶ χθονὸς
ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι,
ἀλλ' ὡς δόλοισι παῖδα βασιλέως κτάνω.
πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν,
λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον·
κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ,
κακῶς ὀλεῖται, πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης·
τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.
ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον·
ᾤμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
τοὐντεῦθεν ἡμῖν· τέκνα γὰρ κατακτενῶ
τἄμ'· οὔτις ἐστὶν, ὅστις ἐξαιρήσεται·
δόμον τε πάντα συγχέασ' Ἰάσονος

775. ὡς συνδοκεῖ Reiskius. Deinde ἔχειν editiones recentiores ex emendatione, ut videtur; ἔχει enim Ald. Lasc. et MSS. quod si retinetur, expungendus est etiam sequens versus. Nam qui olim sequebatur, Γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, abest a Flor. teste Valckenaerio ad Phœn. 1286.

776. εἰργασμένα Ald. ἐγνωσμένα A. B. Cott. Fl. L.

779. καθ' ὑβρίσαι L. Hic versus spurius Brunckio videtur, ex 1056. 1057. conflatus. Paullo ante πολεμίους Ald. πολεμίων edd. quædam. πολεμίας L. P.

781. Delevi, Valckenaerio monente, versum, qui hunc sequebatur in editis, sed qui versum 782. sequitur in A. νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα. Brunckius præterea αὐτῇ pro αὐτοὺς e Valckenaerii conjectura edidit.

782. πλόκον. MS. A. στέφος. Flor. πλόκαμον.

785. χρήσω L.

788. Sic A. κατακτανῶ Lasc. Ald.

789. τάμ' L.

τ. Requiritur λείψουσα· quare Elmslei. volebat λιποῦσ' ἂν, quod idem fere valet. Si exstaret, quod somniarunt grammatici, futurum secundum, esset λιποῦσα participium inde enatum; qua sane futuri participii forma si tragicos uti potuisse credibile est, stare potest λιποῦσα; sed vix aliter.—Imo stare potest: valet enim, non *quasi reliquissem*, sed *quasi animum induxissem ut relinquerem*.

ἔξειμι γαίας, φιλτάτων παίδων φόνον
φεύγουσα, καὶ τλᾶσ' ἔργον ἀνοσιώτατον.
οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.
ἴτω· τί μοι ζῆν κέρδος; οὔτ' ἐμοὶ πατρὶς,
οὔτ' οἶκος ἐστὶν, οὔτ' ἀποστροφὴ κακῶν.
ἡμάρτανον τόθ', ἡνίκ' ἐξελίμπανον
δόμους πατρῴους ἀνδρὸς Ἕλληνος λόγοις
πεισθεῖσ', ὃς ἡμῖν ξὺν θεῷ τίσει δίκην.
οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
ζῶντας τολοιπὸν, οὔτε τῆς νεοζύγου
νύμφης τεκνώσει παῖδ', ἐπεὶ κακὴν κακῶς
θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φαρμάκοις.
μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω,
μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
βαρεῖαν ἐχθροῖς, καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.
τῶν γὰρ τοιούτων εὐκλεέστατος βίος.
ΧΟ. ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοίνωσας λόγον,
σέ τ' ὠφελεῖν θέλουσα, καὶ νόμοις βροτῶν
ξυλλαμβάνουσα, δρᾷν σ' ἀπεννέπω τάδε.
ΜΗ. οὐκ ἔστιν ἄλλως· σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν
τάδ' ἐστι, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς.
ΧΟ. ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;
ΜΗ. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.
ΧΟ. σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή.

794. ζῆν ἔτι κέρδος ex v. 145. Lasc. οὔτέ μοι Lasc. οὔτ' ἐμοὶ Ald.

795. ἀποστροφή. B. D. pro var. lect. ἀπαλλαγὴ præbent.

797. Hic versus e Paulli Stephani et Barnesii editionibus excidit, monente Musgravio.

798. δώσει δίκην Lib. P.

799. ὄψεται ποτὲ L.

801. Sic A. L. sed Ald. ut vulgo, κακῶς κακήν.

807. ἐκοίνωσας Lasc. Ald. ἐκοινώσω Brunckius e Flor. sed activum supra 683.

809. ξυλλαμβάνουσα Lasc. Ald. ἀπενέπω L.

810. σὲ δὲ, συγνώμη L.

812. σὸν σπέρμα Ald. σοὺς παῖδας Fl. P. σῶ παῖδε A. B. D. L.

814. Sic edd. omnes et MSS. nisi quod Brunckius e conjectura dedit, σὺ δ' αὖ γένοι' ἄν. Male. Hoc exemplum adde iis, quæ congessi ad Orest. 1234. *Inertem particulam*

ΜΗ. ἴτω· περισσοὶ πάντες οἱ 'ν μέσῳ λόγοι.
ἀλλ' εἶα, χώρει, καὶ κόμιζ' Ἰάσονα·
εἰς πάντα γὰρ δὴ σοὶ τὰ πιστὰ χρώμεθα.
λέξεις[v] δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων,
εἴπερ φρονεῖς γ' εὖ δεσπόταις, γυνή τ' ἔφυς.

ΧΟ. Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι, στροφὴ α'.
καὶ θεῶν παῖδες μακάρων,
ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτου τ'
ἀποφερβόμενοι
κλεινοτάταν σοφίαν,
ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου
βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος,
ἔνθα ποθ' ἁγνὰς
ἐννέα Πιερίδας

γε, inquit Brunckius, *impendio odi.* Esto; si modo sit iners; sed hic vim suam exerit. Vide Sophoclis locum apud Plutarchum T. II. p. 35. E. 89. A. Infra quoque 819. γ' addidi ex Scholiaste. Sæpe enim in dialogis hæc particula sequitur εἴπερ vel continuo, vel interposito alio vocabulo. Sophocl. Aj. 84. Πῶς, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ: Æschyl. Choëph. 221. Κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ', εἴπερ ἔν γε τοῖσι σοῖς.

815. ὀὺν Ald. μέσω Lasc. Ald.

816. εἴα. Lasc. Ald.

822. ἀπορθήτας Flor. testante et probante Valckenaerio ad Phœn. 242. Neque ego improbo. Sed vulgatam reliqui, ne causæ meæ velificari videar, quam egi in Præf. ad Hec. p. XI. XII. [ed. Lond. 1797. 1802. p. 5. ed. hujus.], ubi φιλοξένη Æschylo restitui. Omnia enim adjectiva composita et in ος terminata apud antiquissimos Græcos per tria genera declinabantur: ἀπόρθητος, ἀπορθήτη, ἀπόρθητον. Femininas formas, cum jam paullatim obsolevissent, Poëtæ et Attici, vel ornatus vel varietatis ergo, subinde revocabant. Quod in choro dixit Æschylus Agam. 252. ἀταύρωτος, maluit in senario Aristophanes ἀταυρώτη, Lysistr. 217. 218. Idem Pac. 978. πολυτιμήτη dixit, qui alibi πολυτίμητε Δήμητερ adhibuerit, Thesm. 293. In Æschyli Agam. 1534. τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγένειαν ἀνάξια δράσας, dele inutilem copulam et lege πολυκλαύτην. In Sophoclis Aj. 499. δούλιον pro δουλίαν contra metrum habet Aldus.

823. Sic Lasc. Ald.

825. 836. ἀεὶ A. L.

827. ἔνθά πόθ' Lasc. Ald.

---

v. Elmslei. λέξῃς, ut sit prohibentis, aliter enim οὐδὲν requiri. Sed in λέξεις est mixta quædam vis imperativæ cum affirmativa. Cf. Æsch. Theb. 239. μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν.

Μούσας λέγουσι
ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι.
τοῦ καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς ἀντιστροφὴ α'.
τὰν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσ-
σαμέναν χώρας καταπνεῦσαι
μετρίας ἀνέμων
ἡδυπνόους αὔρας·
ἀεὶ δ' ἐπιβαλλομέναν
χαίταισιν εὐώδη ῥοδέ-
ων πλόκον ἀνθέων
τᾷ σοφίᾳ παρέδρους
πέμπειν ἔρωτας,
παντοίας ἀρετᾶς ξυνέργους.
πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν στροφὴ β'.
ἢ πόλις, ἢ φίλων
πόμπιμός σε χώρα
ταν παιδολέτειραν ἕξει,
τὰν οὐχ ὁσίαν; μετ' ἄλλων[φ]

829. Hoc ordine A. qui ἡδυπνόους omittit. λέγουσι Lasc. omittit. Pro χώραν dedi χώρας ex conjectura Reiskii. μετρίαις—ἡδυπνόοις αὔραις edidit Brunckius.

831. τοῦ omittunt edd. pleræque, habent A. Schol. Deinde ἀπὸ ex A. Brunckius, ut et ῥοὰς ex ejusdem suprascripta lectione.

832. Duplicavi σ, quod in choricis licet.

836. ἐπὶ βαλλομένα L.

841. ἀρετᾶς Ald. Lasc. A.

842. Perdifficilis certe, si non corruptus locus. Brunckius πόρος e Musgravii conjectura adoptavit, πόμπιμός vero ex A. B. Flor. Schol. Vulgo πόμπιμόν. Sensus esset integer, si legeremus, ποταμῶν τις, de qua omissione vide quæ mox dicturus sum ad Hec. 1169. [1161. p. 115.][χ]

845. Huc respexit Hesychius, cujus verba, partim ope codicis, ita legenda: Παιδολέτειρα, παιδοφόνος. Παιδολέτειραν, παιδοφόνον.

846. μετ' ἀστῶν Fr. Jacobus.

φ. Ita Porsonus, quod probo; nec tamen intelligo, ut Matthiæus, *cum aliis, non mecum delibera;* sed *cum aliis, non cum Atheniensibus.* Jungit autem Elmsleius, τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων· quam loquendi rationem exemplis confirmatam vult Matthiæus. Haud absimile est ἴσος ἐν ἴσοις, Soph. Philoct. 685. vel ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς, Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς, Παύρων μετ' ἄλλων, Heracl. 326—8.

χ. "Optime se habet," inquit Elmsleius, "ἱερῶν ποταμῶν ἢ πόλις. Ordo est, πῶς οὖν ἢ πόλις ἱερῶν ποταμῶν, &c." Deinde apte confert Phœn. 838—9. πύργος διδύμων ποταμῶν.

σκέψαι τεκέων πλαγὰν,
σκέψαι φόνον οἷον αἱρεῖ.
μὴ, πρὸς γονάτων σε πάντως
πάντως ἱκετεύομεν,
τέκνα φονεύσῃς.
πῶς δὲ θράσος ἢ φρενὸς ἢ   ἀντιστροφὴ β΄.
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίᾳ τε λήψει
δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;
πῶς δ᾽ ὄμματα προσβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις φόνου; οὐ δυνάσει
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων
τέγξαι χέρα φοινίαν
τλάμονι θυμῷ.

848. αἱρῇ edd. et MSS. minus apte. Ex ἀείρω veteres primo formavere futurum ἀїρῶ vel ἀερῶ, unde per crasin effecere αἰρῶ vel ἀρῶ, priore producta. Postquam vero ipsum verbum in αἴρω contraxissent, novum futurum efformabant, ἀρῶ, priore correpta. Dedi igitur αἱρεῖ, quanquam tolerari potest præsens, αἵρει. Aristophanes Ran. 381. αἰρεῖς habet in systemate, ubi longæ syllabæ tantum admittuntur, præterquam in proprio nomine Θωρυκίων. Euripid. Heracl. 323. Ὑψηλὸν αἰρῶ. Defendi hinc potest illud Æschyli Pers. 797. ἀροῦμεν στόλον. Sed non minus recte Robortellus, ἄρωμεν στόλον.

849. πάντες πάντως vulgo. Sed A. B. D. πάντως πάντες. Edidi bis πάντως, ut duplicatur θανάτῳ supra 648.

851. μὴ τέκνα vulgo, τέκνα μὴ A. E. Fl. Lasc. Delevit μὴ Brunckius.

852. πόθεν θράσος A. B. C. Fl. Schol. Pro ἢ φρενὸς ἢ, quæ haud dubie corrupta sunt, ἐνθεμένα e Scholiaste, ut putat, eruit Musgravius, quod recepit Brunckius. φρεσὶν pro φρενὸς Beckius. In re desperata paullo plus audaciæ condonandum est. Grammaticus apud Montefalcon. Biblioth. Coislin. p. 482. Θανατήριον ἀξιοῦσιν, οὐ θανάσιμον λέγειν. Πλάτων πολιτικῶν δευτέρῳ, Εὐριπίδης Μηδείᾳ. Sed θανατήριον est vox nihili, pro qua legendum θανατηρόν. Quid igitur, si ista vox hic olim locum obtinuit? Πόθεν δὲ θράσος θανατηρόν. Mox 856. ὄμμα B. Certius quiddam fortasse haberemus, si Platonis locus repertus esset.ψ

858. σχήσαις Flor. σχήσειν Lasc. φόνου vulgo, φόνου A. φόνῳ Schol. ut putat Musgravius. Deinde δυνάσῃ A. B. D. Flor. L. δυνήσῃ Ald.

859. πιτνώντων L.

860. τεῦξαι χεῖρα φοινίαν Lasc. ἐν omisso ante τλήμονι. φοίνιον Ald. et cum A. τλάμονι. Brunckius et Beckius φονίαν χέρα, nescio unde.

ψ. Postea pro ἢ φρενὸς ἢ legere volebat θανατήσιον.

ΑΙ. ἥκω κελευσθείς· καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς
οὔ τ' ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γ', ἀλλ' ἀκούσομαι
τί χρῆμα βούλει καινὸν ἐξ ἐμοῦ, γύναι.
ΜΗ. Ἰᾶσον, αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων
ξυγγνώμον' εἶναι· τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν
εἰκός σ', ἐπεὶ νῷν πόλλ' ὑπείργασται φίλα.
ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην,
κἀλοιδόρησα· Σχετλία, τί μαίνομαι,
καὶ δυσμεναίνω τοῖσι βουλεύουσιν εὖ;
ἐχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι,
πόσει θ', ὃς ἡμῖν δρᾷ τὰ συμφορώτατα,
γήμας τύραννον, καὶ κασιγνήτους τέκνοις
ἐμοῖς φυτεύων; οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι
θυμοῦ; τί πάσχω, θεῶν ποριζόντων καλῶς;
οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες; οἶδα δὲ χθόνα
φεύγοντας ἡμᾶς, καὶ σπανίζοντας φίλων.
ταῦτ' ἐννοηθεῖσ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν
πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην θυμουμένη.
νῦν οὖν ἐπαινῶ, σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖς,
κῆδος τόδ' ἡμῖν προσλαβών· ἐγὼ δ' ἄφρων,

863. *οὐκ ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ τ'* Lasc. *τοῦδ' ἔτ'* A. Fl. *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ'* Ald. Sed duplex *γε* valde invenustum, neque *ἔτ'* optime convenit. Vide supra 236. Quare *τοῦδέ γ'* Aldinum retinui, sed in *οὐκ ἂν* literam mutavi. Elidi non potest diphthongus in *τοι*, sed per crasin vocalem longam efficit. Aristoph. Acharn. 161. *Ὑποστένοι μέντ' ἂν ὁ θρανίτης λεώς.* Ubi ob metrum scilicet addidit Brunckius *γ'*, id quod jam præceperat Marklandus ad Suppl. 376. Eandem præposteram medicinam fecit in Ecclesiaz. 646. *Ὥστ' οὐχὶ δέος μή σε φιλήσῃ. δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθει.* Sophocl. Aj. 534. *Πρέπον γέ τ' ἦν ἂν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε.* Ubi si *τ'* pro *τε* accipis, *γέ τε* nunquam conjungunt Attici; si pro *τοι*, non elidi potest *οι* ante *ἦν*. Legendum igitur ex vetustis Scholiorum editionibus, *Πρέπον γέ τ' ἂν ἦν.*

867. *εἰκὸς γ'* Lasc. *εἰκός γ'* Ald. *εἰκός σ'* ex A. Brunckius.

870. *βουλεύσασιν εὖ* Ald. *βουλεύουσιν εὖ* Brunckius ex A. L. quibuscum consentit Etymologus M. p. 292, 13.

878. Chori personam male præponit L. *ἐννοήσασ'* ex A. Fl. P. edidit Brunckius. Sed per totam hanc fabulam passiva forma utitur Poëta, ut mox 896. quam et servat X. Π. 805.

880. *νῦν οὖν ἐπαινῶ.* Sic Lasc. Ald. Minus eleganter *σ'* post *οὖν* inserunt Barnesius et Beckius. *σωφρονεῖν τέ μοι* L.

ᾗ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων,
καὶ ξυμπεραίνειν, καὶ παρεστάναι λέχει,
νύμφην τε κηδεύουσαν ἥδεσθαι σέθεν.
ἀλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐρῶ κακὸν,
γυναῖκες· οὔκουν χρῆν σ' ὁμοιοῦσθαι κακοῖς,
οὐδ' ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίων.
παριέμεσθα, καὶ φαμὲν κακῶς φρονεῖν
τότ', ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τάδε.
ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας·
ἐξέλθετ', ἀσπάσασθε καὶ προσείπατε
πατέρα μεθ' ἡμῶν, καὶ διαλλάχθηθ' ἅμα
τῆς πρόσθεν ἔχθρας εἰς φίλους μητρὸς μέτα·
σπονδαὶ γὰρ ἡμῖν, καὶ μεθέστηκεν χόλος.
λάβεσθε χειρὸς δεξιᾶς· οἴμοι κακῶν·
ὡς ἐννοοῦμαι δή τι τῶν κεκρυμμένων.
ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον
φίλην ὀρέξετ' ὠλένην; τάλαιν' ἐγώ·
ὡς ἀρτίδακρυς εἰμὶ, καὶ φόβου πλέα·
χρόνῳ δὲ νεῖκος πατρὸς ἐξαιρουμένη
ὄψιν τερείνην[ω] τήνδ' ἔπλησα δακρύων.
ΧΟ. κἀμοὶ κατ' ὄσσων χλωρὸν ὡρμήθη δάκρυ·
καὶ μὴ προβαίη μεῖζον ἢ τὸ νῦν κακόν.
ΙΑ. αἰνῶ, γύναι, τάδ', οὐδ' ἐκεῖνα μέμφομαι·
εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος,
γάμους παρεμπολῶντί γ' ἀλλοίους πόσει.

883. καὶ ξυγγαμεῖν σοι et mox εὐφραίνειν σέθεν Lib. P.
887. ἀντιτίνειν L.
891. ἐξήλθατ' Ald. sed α in ε mutat C.
892. διαλλέχθηθ' L.
897. οὕτω δαὶ male Musgravius. Vide infra ad 1008. καὶ delevit Brunckius, et edidit, ἆρ', ὦ τέκν', ἆρ' οὕτω. Supra 889. τόδε Lasc.
899. ἀρτιδακρύς εἰμι L.
906. Paris. omnes, Fl. et Lasc. παρεμπολῶντος ἀλλοίους, "quod si verum," inquit Musgravius, "le-

ω. Statuit Elmslei. τέρεινος vocem nihili esse: reponit igitur, probante Matthiæo, τέρειναν, a τέρην.

ἀλλ' εἰς τὸ λῷον σὸν μεθέστηκεν κέαρ,
ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ,
βουλήν· γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος.
ὑμῶν δὲ, παῖδες, οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ
πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν·
οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας
τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι ξὺν κασιγνήτοις ἔτι.
ἀλλ' αὐξάνεσθε· τἄλλα δ' ἐξεργάζεται
πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής·
ἴδοιμι δ' ὑμᾶς εὐτραφεῖς ἥβης τέλος
μολόντας, ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὑπερτέρους.—
αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας,
στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηΐδα,
κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;
ΜΗ. οὐδέν· τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι,
ΙΑ. θάρσει νυν· εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι.
ΜΗ. δράσω τάδ', οὔτοι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις·
γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.

gendum in fine versus πόσεως." Mihi non succurrit exemplum, ubi πόσεος aut πόσεως legatur, nedum ubi iambum faciat, ut πόλεως. Suspicatur Brunckius, aliam olim fuisse lectionem, παρεμπολῶντά γ' ἀλλοίους πόσιν. Sed recte Aldinam præfert. Histrionibus ἐμοὶ pro πόσει tribuit Scholiastes.

908. ἀλλὰ νῦν χρόνῳ e membranis Brunckius, male, ut opinor. Noster Alexandro apud Stobæum cxv. p. 473. Οἶδ'· ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών. Sophocl. Philoct. 1041. Τίσασθε, τίσασθ' ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτέ. Si quid veri in membranarum lectione latet, malim σὺν χρόνῳ. Ion. 1604. Παῖδες γενόμενοι ξὺν χρόνῳ πεπρωμένῳ.

910. ὑμῖν edd. MSS. ὑμῶν est emendatio Valckenaerii ad Phœniss. 1475.

911. σωτηρίαν Ald. προμηθίαν A. B. D. Fl. P. προμυθίαν Lasc. Nota, lector, erroris progressum. Librarius, qui codicem, quo usus est Lascaris, transcriberet, προθυμίαν fortasse daret.

914. ἐξεργάξεται C. quod tempori aptius fortasse conveniret, si constaret, hoc futuro usos esse Tragicos.

918. αὐτὴ vulgo, αὕτη Reiskius.

921. Pro ΜΗ. præfigit ΙΑ. Lasc. Deinde nullam personam sequenti versui præmittit, sed ΜΗ. utrique 923. 924.

922. Sic L. τῶνδε νῦν θήσομαι B. D. Fl. τῶνδ' ἐγὼ θήσω Ald. X. Π. 760.

923. οὔτοι Lasc. οὔτι Ald. X. Π. 766.

924. Sic Ald. Lasc. X. Π. 747. θῆλυς ex A. Brunck. et minus bene defendit.

ΙΑ. τί δῆτα λίαν τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;
ΜΗ. ἔτικτον αὐτούς· ζῇν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα,
εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.
ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους,
τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μεμνήσομαι.
ἐπεὶ τυράννοις γῆς μ' ἀποστεῖλαι δοκεῖ,
κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα, γιγνώσκω καλῶς,
μήτ' ἐμποδὼν σοὶ μήτε κοιράνοις χθονὸς
ναίειν· δοκῶ γὰρ δυσμενὴς εἶναι δόμοις·
ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ·
παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερὶ,
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.
ΙΑ. οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ πείσαιμι· πειρᾶσθαι δὲ χρή.
ΜΗ. σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς
γυναῖκα, παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.
ΙΑ. μάλιστα, καὶ πείσειν γε δοξάζω σφ' ἐγὼ,

925. τί δὴ τάλαινα A. B. D. Cott. Fl. L. P. Pro τοῖσδ' etiam σοῖς Fl. P.

926. ζῆν Lasc. Ald. ἐξηύχουν vulgo. Quod ex conjectura dedit Barnesius, ἐξηύχου habet C.

927. εἰσῆλθ' ἐμ' L.

929. μνησθήσομαι edd. MSS. X. Π. 835. Sed μεμνήσομαι pro var. lect. A. recte. Hac forma hujus verbi, ab Homero etiam adhibita Iliad. X. 390. semper utuntur Tragici, illa nunquam.[α] Idem dici potest de κληθήσομαι et κεκλήσομαι. Sed βληθήσομαι et βεβλήσομαι promiscue usurpant.

930. Sic A. L. Flor. apud Valckenaer. ad Phœniss. 790. ἀποστέλλειν Ald.

934. τσῆδ' L.

935. Edidit ἐκτραφῶσιν cum Aldo Beckius, et graviter notat: "Br. ἐκτραφῶσι." Ipse igitur pari cum gravitate noto: Lasc. ἐκτραφῶσι.

937. οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, ubi constructio esset, εἰ πείσαιμι ἂν, sed hoc durum. Mutavi igitur literam, sæpe cum altera confusam.[β]

939. Pro hac clausula, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα, quam e 936. natam putat, edidit Brunckius, σοὺς ἀφιέναι φυγῆς.

940. μάλλιστα L.

α. Matthi. utramque in usu esse contendens, ita distinguit: μεμνήσομαι valere *recordabor*, μνησθήσομαι *mentionem faciam*, hujus in exemplum citans Hippol. 1451. [1459.] ubi tamen Monk. legit μεμνήσομαι.

β. Matthiæus, οὐκ οἶδ' ἂν, εἰ π. quod quid velit nescio; certe enim ἂν cum οἶδα conjungere non voluit. Elmsleius revocavit ἂν, ut sit οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι ἄν· quod exemplis confirmat, imprimis Alcest. 49. Omnia recte; ut enim πείσαιμι ἂν idem valet quod πείσω, constructio hujus loci nulla alia est quam in v. 187. φόβος εἰ πείσω.—Cf. Plat. Timæ. §. 7. οὐκ ἂν οἶδ' εἰ δυναίμην ἅπαντα . . . λαβεῖν.

εἴπερ γυναικῶν ἐστὶ τῶν ἄλλων μία.
ΜΗ. ξυλλήψομαι δὲ τοῦδέ σοι κἀγὼ πόνου·
πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολὺ,
λεπτόν τε πέπλον καὶ στέφος χρυσήλατον
παῖδας φέροντας. ἀλλ' ὅσον τάχος χρεὼν
κόσμον κομίζειν δεῦρο προσπόλων τινά.
εὐδαιμονήσει δ' οὐχ ἓν, ἀλλὰ μυρία,
ἀνδρός τ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὁμευνέτου,
κεκτημένη τε κόσμον, ὅν ποθ' Ἥλιος
πατὴρ πατρὸς δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.
λάζυσθε φέρνας τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας,
καὶ τῇ τυράννῳ μακαρίᾳ νύμφῃ δότε
φέροντες· οὔτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.
ΙΑ. τί δ', ὦ ματαία, τῶνδε σὰς κενοῖς χέρας;
δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων;
δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; σῶζε, μὴ δίδου, τάδε.
εἴπερ γὰρ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς
γυνὴ, προθήσει χρημάτων, σάφ' οἶδ' ἐγώ.
ΜΗ. μή μοι σύ· πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος·
χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς.
κείνης ὁ δαίμων· κεῖνα νῦν αὔξει θεός·
νέα τυραννεῖ· τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς
ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ', οὐ χρυσοῦ μόνον.
ἀλλ', ὦ τέκν', εἰσελθόντε πλουσίους δόμους,
πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν τ' ἐμὴν,
ἱκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε, μὴ φεύγειν χθόνα,

942. Medeæ personam omittit Lasc. et ante 943. ponit.

945. πλόκον pro στέφος B. D. Flor.

948. ἀλλ' εἰς μυρία Lasc.

949. in margine addit A. et legit ἀνδρός τ'. Lasc. ἀνδρὸς γ'. Ald. ἀνδρός γ', quod et ipsum probum.

953. τυράννων Lasc. quod utcunque defendi potest. Sed ν ex iota adscripto natum videtur.

959. Sic Ald. σάφ' οἶδ' ὅτι Lasc.

962. Lascaris habet 'κείνης ὁ δαίμων. κεῖναν νῦν.

965. πλησίους Lasc. Ald. πλουσίους Fl. et in textu P. alterum pro v. l.

967. φυγεῖν Ald. φεύγειν A. L. Flor. apud Valckenaer. ad Phœniss. 1286. Mox 969. ἐκείνης Ald.

κόσμον διδόντες· τοῦδε γὰρ μάλιστα δεῖ,
εἰς χεῖρ' ἐκείνην δῶρα δέξασθαι τάδε.
ἴθ' ὡς τάχιστα· μητρὶ δ', ὧν ἐρᾷ τυχεῖν,
εὐάγγελοι γένοισθε, πράξαντες καλῶς.

ΧΟ. νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας, στροφὴ α'.
οὐκέτι· στείχουσι γὰρ εἰς φόνον ἤδη.
δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν,[γ]
δέξεται δύστανος ἄταν.
ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ
θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον αὐ-
τά γ' ἐν χεροῖν λαβοῦσα.
πείσει χάρις, ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων, ἀντ. α'.
χρυσεότευκτον στέφανον περιθέσθαι·
νερτέροις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει.
τοῖον εἰς ἕρκος πεσεῖται,
καὶ μοῖραν θανάτου
προσλήψεται δύστανος, ἄ-
ταν δ' οὐχ ὑπεκδραμεῖται.
σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε, στροφὴ β'.
κηδεμὼν τυράννων,
παισὶν οὐ κατειδὼς

972. οὐκ ἔτι L. ζωᾶς edd. et MSS.

973. οὐκ ἔτι L. ἐς L. hic et 982. 1330.

974. ἀναδεσμέων L. ἀναδέσμων Ald.

977. ἀΐδα L. αὐτὰ ταῖν χ. Ald. αὐτὰ χ. Lasc. αὐτὴ χ. A. Mutavi αὐτὰ ταῖν in αὐτά γ' ἐν.

979. Sic A. Fl. L. Schol. πέπλου Ald.

980. Hic versus non omnino cum strophico congruit. Scio, quam periculosum sit nova verba confingere, sed analogiæ conveniret χρυσεόπλεκτον.

981. παρανυμφοκομήσει L.

982. ἐς L.

984. προσλήψεται omittit Lasc. E conjectura dedit προσλήψεθ' ἁ Brunckius, et supra 975. e Lasc. δέξετ' ἁ mutavit in δέξεθ' ἁ. Sed articulos vitandos in choricis potius censeo, et elisiones istæ rarissimæ sunt.

985. ὑπεκφεύξεται edd. MSS. quod metrum aperte vitiat. Dedi ὑπεκδραμεῖται, quod non semel occurrit apud Euripidem. Alterum facile pro interpretatione irrepere potuit.

γ. Constructio, quæ nonnullos fefellit, est, δέξεται ἄταν ἀναδεσμῶν.

ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις,[δ]
ἀλόχῳ τε σᾷ στυγερὸν θάνατον·
δύστανε, μοίρας ὅσον παροίχει.[ε]
μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ἀντιστροφὴ β′.
ὦ τάλαινα παίδων
μᾶτερ, ἃ φονεύσεις
σὰ τέκνα νυμφιδίων ἕνεκεν
λεχέων, ἅ σοι προλιπὼν ἀνόμως
ἄλλῃ ξυνοικεῖ πόσις ξυνεύνῳ.

ΠΑΙ. δέσποιν᾽, ἀφεῖνται παῖδες οἵδε σοι φυγῆς,
καὶ δῶρα νύμφη βασιλὶς ἀσμένη χεροῖν
ἐδέξατ᾽· εἰρήνη δὲ τἀκεῖθεν τέκνοις.
ΜΗ. ἔα.
ΠΑΙ. τί συγχυθεῖσ᾽ ἕστηκας, ἡνίκ᾽ εὐτυχεῖς;
ΜΗ. αἶ αἶ.
ΠΑΙ. τάδ᾽ οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.
ΜΗ. αἶ αἶ μάλ᾽ αὖθις.
ΠΑΙ. μῶν τιν᾽ ἀγγέλλων τύχην
οὐκ οἶδα, δόξης δ᾽ ἐσφάλην εὐαγγέλου;

995. τὰ τέκνα Ald. τὰ omittit Lasc. σὰ tacite Brunckius.

998. ΠΡΕΣΒ. præponit L. mox 1002. ΠΡ. postea Π. tantum. οἵ δε σοι L.

1002. Sequebantur duo versus, e 919. 920. male repetiti: Τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα, Κοὐκ ἀσμένη τόνδ᾽ ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον; Piersono, Valckenaerio, et aliis præeuntibus, delevi.

1003. αἶ αἶ L.

1005. αἶ αἶ et μῶν τίν᾽ ἀγγέλων L.

δ. Legit Elmslei. ὄλεθρον βιοτᾷ, deinde in antistrophico omittit σά. Sed vulgatæ lectioni simile exemplum præbet Hec. 1050. Ut hic ὀλέθριον βιοτὰν valet *privationem vitæ*, ita ibi τυφλὸν φέγγος *privationem lucis*. His sane locutionibus, ubi substantiva adsciscunt epitheta sibi plane contraria, inest ipsius rei, quam substantivum exprimit, negatio. Herc. Fur. 637. φίλον ἄχθος, *gratum onus*, non onus, sed deliciæ, (ubi miror Hermannum.) Conf. Eurip. Plisth. Fr. iii. de divitiis, ῥᾷστον εἶ βάρος φέρειν. Hinc expedire poteris Soph. Trach. 554. λυτήριον λύπημα, ubi mire Interpretes.

ε. Vertit Elmslei. *Quantum a pristina fortuna excidisti.* Cf. Æsch. Suppl. 446. ἦ κάρτα νείκους τοῦδ᾽ ἐγὼ παροίχομαι. *A lite declino, litem detrecto.*

ΜΗ. *ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας· οὔ σε μέμφομαι.*
ΠΑΙ. *τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς;*
ΜΗ. *πολλή μ' ἀνάγκη, πρέσβυ· ταῦτα γὰρ θεοὶ*
κἀγὼ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην.
ΠΑΙ. *θάρσει· κάτει τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.*
ΜΗ. *ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ.*

1007. *οὔ σε* Lasc. Ald.

1008. *τί δ' αὖ* X. Π. 730. probante Valckenaerio ad Phœniss. 1668. *τί δαὶ* A. L. Sed L. in marg. *ἢ* (i. e. *δὴ*). Assentior Brunckio *δαὶ* e Tragicis eximenti. In loco Sophoclis Antig. 318. *δὲ* e duobus MSS. edidit Brunckius, quod conjecerat Marklandus ad Suppl. 94. *Τί δέ; ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;* (*ὅπη* Plut.) *Τί δὲ* habet etiam Plutarchi de Garrul. p. 509. D. editio Aldina. Grot. Excerpt. p. 149. versus sedem oblitus, inter Sophoclis incerta fragmenta collocatum ita corrupit: *Τί δαὶ ῥιπίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὀπί;* In versu sequente bene *πολλή μ' ἀνάγκη* defendit Brunckius contra Valckenaerium ad Phœniss. 1668. (1688.) *πολλή μ' ἀνάγκη*, *πολλή γ' ἀνάγκη*, et *πολλή 'στ' ἀνάγκη*, promiscue usurpantur.

